C45
P28uEp

B-13-31

Rare

B-13-91

4.6.

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZZELADA DI BELREGUARDO
PURCHASED 1921

C45
P28uEp

Rare Book & Special
Collections Library

Ex lib: mei Livii Cavagna

[illegible]

Cavagna Sangiuliani

# ELENCHUS
# PRIVILEGIORUM, ET ACTUUM PUBLICI TICINENSIS STUDII

*A Seculo Nono, ad noſtra tempora*

COLLECTUS, ET SERIATIM EXPOSITUS

Diligentia, Studio, & Sumptibus

J. C. JACOBI PARODII
In eodem Patrio Archygimnaſio
PUBLICI PANDECTARUM PROFESSORIS

*Cui accedit Sylabus Lectorum, Præſtantiorumque Virorum eiuſdem Studii Stipendiis Emaritorum; Elenchus Egregiorum a Secretis, Privilegiis, & Actibus ipſis ſubſignatorum, necnon, & Series Lectorum, qui in prima Sede Utriuſque Juris profeſſi ſunt; & noviſſime Hiſtorico-Juridica Probatio de Præſtantia eiuſdem Cathedræ Pandectarum*

*M D C C L I I I.*

# LECTORI BENEVOLO

C45
P28uEp

11Jy41 R. SEXTON

*Non aliter plenius benevolum Lectorem inſtruere poteſt Auctor, quam ſi eidem ſubiiciat, & reproducat Preces ſingulas, quas ad opus, & aſſumptum iterrato porrexit Excelſo Mediolani Senatui; ex earum quippe intelligentia, & cognitione, & ex ſucceſſivis providentiis ſuper ipſis reportatis, Auctoris intentio, & Operis aſſumptum, & ſtructura dignoſci facilius, & percipi poterit; Primis itaque Precibus anno 1748. Senatui ſic expoſitum fuit.*

## P. R.

De Antiquitate, & Præſtantia Ticinenſis Gymnaſii jam ſatis per ora Eruditorum uſque ad vulgus cognitionem celebris fama increbuit: probatio tamen quæ certa dici poſſit, aut quæ indubiis adnixa documentis, ejuſdem Studii exordia, incrementum, & fœlicitates oſtenderet, vel hucuſque nulla, vel ſaltem imbecillis, & exigua producta eſt; ſparſim ſiquidem, & Hiſtorici, & Profeſſores quam plurimi de hoc verba fecerunt; Eruditiſſimus etiam Anteceſſor & Collega Antonius Gatti aliquid ſerius colligere ſtuduit, & expoſuit; ſed validioribus deſtitutus probationibus, vel incertum quid pandidit, vel contendibile; ita quod uberiora, quæ inquirere meditabatur incognita adhuc prætermiſerit.

Vix ad notitiam Humillimi M. V. Servi Juris Conſulti Jacobi Parodii Advocati Ticinenſis & in eodem Patrio Archigymnaſio Pandectarum Interpretis dellatum eſt, Supremi hujuſce Ordinis Excelſum Præſidem grato animo fore accepturum ubi quis, vel Privilegia, & Documenta, vel etiam Acta & Ordines ad ipſam Univerſitatem pertinentia, ſivè ad efformandum Archyvium, ſivè ad componendam Hiſtoriam adinveniret, & in unum colligeret; ut libentiſſime animum errexerit Supplicans fœliciſſimam hanc ſibi ſortem comparare.

Operi vix manum præbuit Suppl., ut fortunatè fodinas, & funtes (Archyvia ſcilicet, & Prothocola) perquiſierit & detegerit, ex quibus quid opportunum, quid proficuum fuerit, & ſit, uberrimè adinvenerit, & ex his brevi etiam ſeximeſtris ſpatio, mille & amplius Documenta & Autographa collegerit, & ultro alia jam ap ret, ex quibus generalis, & Publici ejuſdem Studii, etiam a Sæculo reparatæ ſalutis Nono, & Antiquitas, & ſucceſſivè continuata Celebritas, incrementum, & fœlicitates ſeriatim uſque ad hæc noſtra tempora

cer-

909893

certo certius deducere, & invincibiliter comprobare jam poſſit. Fauſtiſſimis hiſce principiis, animum auget Supplicans Operi licet arduo complementum imponere, & Literariæ Utilitati ſimul, & Gloriæ recolecta jam, & ſerioſius inquirenda documenta publicare.

Sed cum non ſe ſatis diſpendio compotem noſcat Supplicans, uberriora M. V. ſubſidia implorare neceſſarium ſibi ſtatuit.

Conſuevvere in ſimilibus Excelſi Principes, & ji potiſſimum, qui memorato Ticinenſi Studio Augmentum, & Glorias addiderunt, & inſtauraverunt; conſuevit, & eorundem Principum Secretus tunc nuncupatus Senatus (a quo Reg. M. V. Ordo longevis retro ſæculis continuationem trahit) Athletas hujuſmodi ex ejuſdem Studii proventibus, & Stipendiis, uberrimis Premiis confovere, ſummis Gratiis excipere, & congruentibus Operi Subſidiis adiuvare.

Anno 1482. & 1483. Georgius Merula, qui tunc temporis in hac Mediolani Civitate Rethoricam edocebat, & Hiſtoriam Vicecomitum colligebat ex redditibus ejuſdem Studii notabile tunc augmentum Florenor. cxxv. ad complementum uberioris ſtipendy Florenor. D. in anno, ſummis etiam enchomiis in Rotulis Studii Ticinenſis exceptus eſt, additis iterum anno 1490. aliis Florenis D. ad complementum Florenor. M. pro ſubſidio ejuſd. operis, Triſtano Calcho ut operam Merulæ compleret ſtipendium tunc ingens Florenor. D. annis 1497., & 1498. aſſignatum eſt. Donato iterum Boſſio eorundem temporum Chroniſtæ, in præmium æditorum, & complendorum Chronicorum ſubſidium non leve Florenor. 200. in anno ex ipſis Rotulis conſtitutum cernitur: Triſtano prædicto, & Corio Bernardino, ut in Archyvio Civitatis Papiæ Scripturas, & Documenta exquirerent, quas ad eorum Hiſtorias complendas opportunas duxerint conceſſerunt.

Hæc omnia ex recolectis huc uſque ejuſdem Univerſitatis memoriis ad opportunitatem propriam M. V. demiſſe ſubjicit Supplicans.

Non minora præmia a ſumma ejuſdem M. V. beneficentia umillimè deprecatur & conſtantiſſimè ſperat Supplicans, ut opus, quod exhibet ingens, Univerſis penè dixerim noſtrarum, & exterarum Provinciarum Familiis in ipſo Studio Proceres numeraturis, gratum eque ac optabile: opus inquam, quod tenues Supplicantis vires excedit, ſicut, & intentione concepit, ita & opere complere valeat.

D. O. M. qui ad introductionem fœliciſſima aperuit initia Vires congruas ad perfectionem ſuppeditabit, ubi aſſueta M. V. beneficentia Patrocinium ſimul, & Subſidium præſtare dignetur. His congruenter adjutus Supplicans, opus perficere repromitit, ex quo M. V. obſequium ſibi ſuum aucturam; Ticinenſem Accademiam æternas Glorias oſtenſuram; gratum ſibi Præditorum animum Supplicantem comparaturum, Litterariam denique Publicam ſummam cum gaudio utilitatem reportaturam fore certo certius, ut a Supplicante creditur, ita & ſperatur &c.

*Cum-*

*Cumque dilata longe fuerit, proviſio, alias iterum Preces non diſſimili ſenſu renovavit Auctor.*

# P. R.

Superiore biennio vix ad aures Humilimi M. V. Servi J. C. Jacobi Parodii Advocati Ticinenſis, & in eodem Patrio Gymnaſio Pandectarum Interpretis dellatum eſt, Illuſtrem Supremi hujuſce Ordinis Præſidem pro ſua, qua Liberales Artes, earumque Præceptores benevolentia, ac Studio complectitur, ac fovet, grato animo accepturum, ſi quis glorioſa, & apud exteras, ac barbaras etiam Nationes celleberrima Ticinenſis Archigymnaſii decora certis monumentis excepta cum univerſo Litteratorum Hominum plauſu in medium proferret.

Quamquam enim Eruditiſſimi in eadem Univerſitate Anteceſſoris Antonii Gatti Hiſtoria Typis nuperrime ædita Rem Litterariam non parum illuſtraverit, & multo plura præſtitiſſet, ſi per adverſas temporum vices ſupremam Operi manum admovere valuiſſet: vix inquam ad Supplicantis aures id pervenit; cum tanti Mæcenatis Studio obſequendum ratus (licet vereretur, ne vel rei gerendæ impar eſſet, vel ſuſcepta hac provincia, amiciſſimi Præceſſoris ſui invidiam offenderet, qui huic negotio abſolvendo animum adjecerat), abiecta rei domeſticæ cura, ac amicis valedicto ſeſe tum ad Ticinenſia Archivia, tum ad cultiores Pluthecs contulit ea ſelecturus, quæ tanti Præſidis vota non deſtituerent, & ſui erga optimum Mæcenatem obſequii compotem facerent.

Quantum ea in re laboris, quantum æris Supplicans impenderit, non eſt, cur M. V. recenſeat; cum & revolvenda eſſent vetuſtiſſima Regiæ Urbis Scripta, atque ipſis pene e cineribus erruenda; quando hæc & M. V., ſi Supplicantis auſo non dedignabitur indulgere, ob occulos habebit, & Papienſis Civitas locupletiſſima teſtis eſt.

Tanti Operis, quod Reipublicæ, ac bonis omnibus non modicam Utilitatem, ac Gloriam allaturum eſt finis cepto par propediem inſtat; Typis iam in Supplicantis Domum ſuoſumptu delatis; reique iam foret exacta, ſi pro eius dignit te Supplicantis opes ſuffeciſſent.

Novit iam pridem Supplicans Regium eſſe Rem Litterariam augere, Populorum commoda cum ſua etiam jactura quærere, & iis, qui Reipublicæ cauſa operam ſuam præſtant Gratia, & pecunia non deeſſe.

Hac de cauſa annis 1482., & 83. Georgium Merulam, ingenti ære conductum Publicorum in Ticinenſi Univerſitate Interpretum Albo Senatus M. V. adſcripſit: ipſumque, ut in hac Urbe Oratoriæ Artis præcepta traderet, ac Vicecomitum geſta colligeret, amplioribus in dies Stipendiis, uſque ad Florenos 1000. mæreri juſſit; & quaſi parum id eſſet, honorificentiſſime compellavit, & coluit: Triſtanum Calchum, ut imperfectam Merulæ Hiſtor-

toriam abſolveret, ac Bernardinum Corium Clariſſima hujus Inclitæ Urbis Lumina, ut Patriæ Faſtos proſequerentur, non levi ſubſidio juvit, ſcriptis etiam Ticinum Litteris Ducalibus, quo prumptiora iis eſſent ex publicis, privatiſque Ædibus opportuna Documenta: non minoribus præmiis in Rottulis Studii exceptus eſt Donatus Boſſius, dum Patrias colligebat Glorias.

Hæc omnia Supplicans deprumpta ex antiquiſſimis Ticinenſis Urbis, & Scholæ Codicibus, ac Tabulis M. V. ſubiicit, in certam ſpem erectus fore, ut eadem M. V. pari, ac alias Humanitate, ac Beneficentia eum excipiat, ac ad vacuas iam diù Juris Sedes promoveat, & in re tanti momenti, ac Gloriæ proſpiciat, errogata etiam ex Ticinenſis Licæi Ærario pecunia, qua ceptum Opus perfici poſſit, & Litteratorum Hominum expectatio non eludatur, ut idem Supplicans M. V. hummillime orat, & obſecrat.

*In quorum ſequellam dignatus eſt Excelſus Ordo reſcribere.*

1749. *die 8. Martii.*

*L. Habebitur ratio meritorum Supplicantis in futura Diſtributione, & in reliquis MAGNIFICUS MARCHIO GOLDONUS agat juxta mentem Senatus quam tenet.*

*Sed ex anguſtia Ærarii Univerſitatis de peculiari propoſita, & petita aſſignatione nihil ultro obtineri potuit, dillatis Subſidiis ad Uberiora commoda.*

*Et ſupervento diſtributionum tempore die* 26. *Februarii* 1750. *additum fuit Auctori Lecturæ Stipendium pro ſumma lib.* 50. *ut ex Tabulis, retenta ſpe Uberioris fortunæ. Non deſtitit tamen obſequentiſſimus Auctor, & debitum Lecturæ munus ſerius exercere, & cepto Operi inſiſtere, & ſucceſſive aliis Precibus obtulit Excelſo Ordini Collectionem, Fragmentorum L. L. XII. Tabul. Novo Studio Reformatam & pro Scolaſticis Lectionibus exponendam oblata etiam, & executa proſſecutione cepti Operis Antiquitatum Univerſitatis, & ut ex aliis Precibus Typis datis hoc conceptu.*

# P. R.

Poſt aſſiduam curam colligendarum Antiquitatum, Privilegiorum, & Memorabilium Regio--Cæſareæ Ticinenſis Univerſitatis, ac complendi, edendique Albi Profeſſorum omnium, qui in ipſa a quinque retro ſæculis exercuerunt, ut pluribus jam abhinc annis totus ſe dedit, diùque in præſens etiam incumbit humillimus M. V. Servus J. C. *Jacobus Parodius* Advocatus Ticinenſis, & eo in Studio ex benefica ejuſdem M. V. Gratia jam ad annos viginti octo Pandectarum Interpres. Præter jam dictam Hiſtoriæ curam, quæ jam M. V. nota eſt, ne potiori ſuo Exhedræ officio deeſſe videatur, quid in proxima Studiorum aperitione Scholaſticis ſuis exponere intendat eidem M. V. ſubjicere, & demiſſe dicare debitum ſibi ſtatuit, ut quia Scholaſtici Studii, quid Cathedratici laboris, quid Magiſtralis operis

in

in præcipuo etiam impoſitæ ſibi Lecturæ munere perficiat, & adimpleat, certo teſtimonio M. V. compertum faciat, uberioremque aſſumptorum laborum meſſem, utilioremque perficiendorum, ædendorumque Operum ſpem enutrire ſimul valeat, & obtinere. In eam fiduciam deductus Suplicans, Supremam M. V. pro Univerſitate prædicta, & pro eruditioribus Studiis protectionem, & curam Suplicantis deſideria fore proſſecuturam, ipſumque apud Eandem benemærentiæ ſimul, & grati animi munera fore promeriturum, ut humillime deprecatur, & ſperat &c.

*In quarum ſequelam ampliſſimus Ordo beneficentiſſime ſub die 9. Septembris 1751. Auctori ſtipendium addidit in ſumma lib. 100. ut ex Tabulis &c.*

*Demmum anno currenti 1753. inſtante nova Stipendiorum diſtributione, iterum Senatum pro Subſidio addivit Auctor aliis præcibus.*

# P. R.

Præter aſſiduum ſublime Studium (Pandectarum, Lectura denominatur) a Magno Alciato ex ejus Sepulcrali Epigraphe primo inſtitutum: PRIMUS LEGUM STUDIA ANTIQUO RESTITUIT DECORI: præter hoc Studium, cui ex benefica M. V. Clementia trigeſimo jam currente anno deſignatus incumbit humilimus ejuſdem Servus J. C. Jacobus Parodius Advocatus Ticinenſis, voluntarium aliud colligendarum Patrii Studii Antiquitatum, & Memorabilium aſſumpſiſſe notum eſt.

Exacti a quinquennio laboris uberoſa merces eſt quatuor millium, & ultro Documentorum, Decretorum, & Actuum voluminoſa collectio, ſeriatim ab anno inſtaurati Studii 1361. ad hodiernam diem, quorum Regiſtrum, ſeu ut ajunt, Indicem, cui etiam ſucceſſive luculentiſſimum Album addidit Præſtantiorum Virorum, qui in ipſius Univerſitatis Lecturis militarunt, vel Stipendia promeriti ſunt, & hæc jam ſub prælo ſunt, eorumque perfectionem, editionemque brevi repromittit.

Opus aliud ſucceſſive (ex Documentis ipſis deductum) parat Hiſtoriam Memorabilium ab ipſis Lectoribus Eximiiſque Viris in Studio ipſo Geſtorum, aliorumque ad ipſorum Gloriam pertinentium, quod itidem, faventibus ſuperis, & fovente M. V. perficiet.

Hæc omnia certum habent Teſtimonium, ſatis quippe & edita, & edenda (ut Forenſes ajunt) ACTA PROBANT, & ex his ingentium anteactarum expenſarum ratio ſatis deducitur.

Quamobrem, cum quæ ad publicam utilitatem tendunt publico etiam ſumptui compenſanda eſſe ratio ſuadeat, ad aſſuetam quam M. V in promovendis Studiis Regio Animo ſuſtinet Beneficentiam, confugere optimum ſibi ſtatuit, Supplicans idem

Hummiliter exorando dignetur in proxima Ticinenſis Studii ſtipendiorum inſtauratione, tenuiſſima, quæ alias Decreto diei 8. Martii 1749. clementiſſime

M. V.

M. V. prædiſtinxit mærita, condigno Stipendii additamento, vel ſaltem Immunitatis grata excipere, ut validioribus Viribus meditata Studia perficere valeat, quod deprecatur, & ſperat &c.

Poſt datas has Preces ſubſecutus eſt obitus R. J. C. Antonii Gatti in ipſa Pandectarum Exhedra emerito diu Stipendio olim Anteceſſoris: Hinc & M. V. uberioris exercendæ Beneficentiæ Campus panditur, ut ad normam memorati Decreti aſſignatione aliqua in complementum, & editionem inceptorum, perficiendorumque Operum, ad nutum alicujus ex Ampliſſimis hujuſce Ordinis PP. vel Alterius cujuſvis Præſtantis Viri in Protectorem, & Inſtructorem a Supplicante peroptati, & a M. V. delegandi, omnino convertenda, certis hoc modo ſuffulta ſubſidiis Supplicantis Studia ad pubblicum producantur, ut enixe deprecabatur, & iterum ſperat &c.

*Et obtinuit augmentum aliarum lib. 50. in Pecunia, & 50. Immunitatis, ut ex Decreto 17. Maii 1753., & ex Tabulis.*

*Et ex his ſatisfactum creditur Lectoris Inſtructioni, ut & Cauſam Collectionis, & Auctoris Intentionem, & præſentis Editionis Mæritum, & Cauſam plene dignoſcat. Retenta voluntate, & ſpe uberioris Editionis tum Litterariæ Hiſtoriæ ſingulorum Lectorum, & Stipendiatorum in Sylabo recenſitorum, tum uberioris Hiſtoriæ ipſius Publici Studii, præcipue circa tempora ab ennunciatis documentis illuſtrata, quæ omnia repromitit Auctor ubi opportunis ſubſidiis ſucceſſive, ut ſperat adiuvetur, & interim eruditioni tuæ errata corrigenda ſeque benigne commendat, tibique Læctori Benemerenti perennem fœlicitatem ex corde precatur.*

# REGISTRUM CRONOLOGICUM PRIVILEGIORUM, ET ACTUUM STUDII TICINENSIS.

823. EDictum Lotarii Regis tamquam Imperialis Vicarii, de doctrina, quo decernitur Civitates finitimas accedere debere ad Studium in Papia.

1112. Juditium ſecutũ in Atrio S. Syri coram Conſulibus, & Populo Papiæ inter Abbatem, & Monachos S. Petri in Cœlo Aureo, & Oprandum Signiferum, & Filios ejus, ſuper poſſeſſione juris Portus Olonæ &c., in quo, & inter Conjudices &c. Ardinchus Legum Dogmate primus &c. 25. Januarii.

1361. Privilegium Imperatoris Caroli IV. pro inſtauratione Studii generalis in Civitate Papiæ. 13. Aprilis.

Decretum Galeatii Vicecomitis Vicarii Imper., Mediol., & Papiæ Domini, ut Scholares accedant ad Studium Papiæ. 27. Octobris.

1371. Recurſus Joannis Graſſi Lectoris Ordinarii Jur. Civilis in Studio Papiæ porrecto Tribunali Proviſionum ejuſdem Civitatis pro facultate claudendi Angulum prope Eccleſiam S. Moltiolæ.

1374. Electio Egreg. J. U. Doctoris D. Joannis Caſtillionæi ad Lecturam Decreti loco D. Naſii, pro ſalario eidem per Commune Papiæ ſolvend. 5. Januarii.

Electio Magiſtri Joannis Camparii ad Lecturam Aſtrologiæ, cum ſalario. 25. utſupra.

Receſſus Magiſtri Laurentii a Lectura Medicinæ, & electio Joannis de Sartirana, cum ſalario. 26. utſupra.

Quod Magiſter Melchior de Bozulis Nepos D. Amicini reducatur ad Lecturam, ad quam deputatus erat ante caſſationem. 28. utſupra.

Quod Scholæ D. Gulielmi de Peruſio concedantur Joanni Criſpo pro ejus Lectura. 6. Februarii.

Petitio Magiſtri Cardoni de Spanzottis Phyſici Mediolanenſis pro habenda Civilitate Civitatis Papiæ, & admiſſio petitionis per DD. XII. de Proviſione. 18. utſupra.

Conceſſio dictæ Civilitatis dicto D. Cardono. 28. utſupra.

Declaratio exemptionis a Cuſto-

diis favore Lectorum, & Scholarium, facta per Conſilium Proviſ. Papiæ.

Magiſter Petrus de Menaxio ſuffetus loco D. Donini de Parma ad Lecturam Loycæ, ad petitionem Studentium. 30. Martii.

Salarium Lecturæ de Nonis dividatur inter Magiſtros Zaninum de Sartirana, & Jacobinum de Cumis, & vacante Lectura Philoſophiæ detur dicto Magiſtro Jacobino. 18. Aprilis.

Doctorat. in Legibus D. Antonii de Milio, ubi de poſſeſſione immemorabili Epiſcopi Papienſis hujuſmodi Laureas conferendi. 28. Maii.

Magiſter Antonius Rubeus Magiſter Grammaticæ cancelletur a Libro Extimi, nec teneatur ad aliquid ſolvend. 19. Junii.

Pro Magiſtro Joanne de Sartirana petente dari preces Illuſtri, & Magnifico Dño Dño &c. pro facto ſuæ Lecturæ, & ſalarii &c. 23. utſupra.

Examen, & Licentia Magiſtri Joannis de Cremona, ubi fuſius de antedicta immemor. Poſſeſſione. 20. Julii.

Examen, & Licentia Bartholomœi de Saona. Die utſupra.

Conſilium Generale Ducentorum Civitatis Papiæ, ob penuriam Bladorum, ut provideatur &c., & in eo Actum de ſupreſſione, vel ſuſpenſione Studii. 7. Auguſti.

Quod expenſæ Studii reducantur ad Flor. mil. 2. Septembris.

Quod Fratri Bonifacio de Buttigellis Ordinis Heremitarum, & Lectori Sacræ Paginæ fiant bullettæ pro ſalario juxta ſolitum. 21. Novembris.

Pro Bidello Studii, ut ſatisfiat de ſalario non obſtante reductione. 29. utſupra.

1375. Quod quilibet Studens poſſit liberè, & impunè venire ad Studium Papiæ, etiam ſi fuerit condemnatus, nec moleſtetur. 26. Septembris.

Pro Studentibus Papiæ ne moleſtentur, etiam ſi fuerint condemnati, excepta condemnatione vitæ. 27. utſupra.

Quilibet Studens extrà Territorium debeat redire ad Studium ſub pœna vitæ, & Parentibus ſub pœna ammiſſionis bonorum. 14. utſupra.

Præceptum Jacobo de Ozola pro disbrigatione Domus ad uſum Lectorum Magiſtri Joannis de Janua, & Georgii de Caſtronovo. 6. Novembris.

Comparitio ejuſd Jacobi de Ozola in cauſa prædicta. Die utſupra.

1378. Ut provideatur pro ſolutione Salariatorum Communis Papiæ. 11. Januarii.

Relatio pro hujuſmodi ſolutione facienda. 13. utſupra.

Alia proviſio ſuper expedientibus cauſa dictæ ſolutionis faciendæ. 14. utſupra.

Magiſter Antonius Rubeus Magiſter Grammaticæ, & Loycæ præſervetur immunis ab omnibus Oneribus. 11. Maii.

Impoſitio Taleæ in Civitate, & Diſtric-

tricտu Papiæ pro ſolvendis indumentis Brunæ, dandis Doctoribus Studii cauſa Funeris, & Sepulturæ quond. Magnif. Domini. 30. Auguſti.

Super proviſione ſublevandi Civitatem ab Oneribus. Die utſupra.

Literæ Ducales, ut provideantur opportunæ, & honorabiles Domus Scholaribus, ne earum defectu a Studio diſcedant. 2. Septembris.

Fr. Albertus de Sancto Georgio Magiſter in Sacra Pagina, ſit ad Lecturam Theologiæ in Studio Papiæ cum ſalario. 3. utſupra.

Super propoſitione prædicta ſatiſfaciendi Doctoribus, & habere debentibus a dicta Civitate. 4 utſupra.

Super eodem. 27. utſupra.

Literæ Ducales pro ſalario Magiſtri Joannis de Traverſis de Cremona a die ejus initii ad ratam Floren. 80. aureor. in anno. 28. utſupra.

Literæ pro ſalario Magiſtri Blaſii de Pelacanis de Parma Lectoris Philoſophiæ, & Loycæ. 4. Octobris.

Providentia ſuper impoſitione cauſa ſolvendi Doctoribus, & Creditoribus Civitatis &c. 18. Octobris.

Alia proviſio ſuper eodem. 19. utſupra.

Item ſuper eodem 22. utſupra.

Pro taxa Flor. 3000. facienda in Civitate pro ſolvend. Doctoribus, & Salariatis. 2. Novembris.

Item pro taxa Flor. 700. cauſa ſatisfaciendi DD. Doctoribus de eorum ſalariis.

Electio ad inquirendas Domos in Civitate pro Scholaribus. 6. utſupra.

Augmentum ſalarii Magiſtri Ubertini de Salzo. 28. utſupra.

Pro augmento ſalarii faciendo Doctoribus Legentibus. Die utſup.

Pro manutentione accomodatione, & cuſtodia Relogii ad uſum Scholarium, & Studii. 1. Decembris.

Supplicatio Joannis della Ripa Nazzani deputat. ad Lecturam Voluminis pro augmento ſui ſtipendii.

1379. Literæ monitoriales Reverendi Epiſcopi Papiæ pro Disbrigatione Domuum inter Studentes. 6. Junii.

Aliæ ſimiles ejuſdem ex cauſa utſupra inter alios Studentes. 21. Junii.

1380. Teſtimoniales Reverendi Epiſcopi Papienſis de vita, & honeſtate D. Matthæi de Ruſtionibus Clerici Cumani Studentis in utroq. Jure Papiæ. 4. Maii.

Conceſſio facta per Epiſcopum Papiæ Lectoribus in Medicina, ejuſd. Studii, Legendi, & Doctorales Actus exercendi in Eccleſia S. Benedicti propè Eccleſiam S. Thomæ Fratrum Prædicatorum. 13. Octobris.

Inſtantia Rever. Epiſcopi Papiæ ad D. Poteſtatem ejuſd. Civitatis, ut abſtineat a cauſa contra D. Raymundum de Palidis de Aſt. Cler. Præbendat. Student. in Jur.

Civili. 23. Auguſti.

Pro D. Gerardo de Sitiis Clerico Studenti, ut remittatur ejus Cauſa ad Forum Eccleſiaſticum. 9. Januarii.

Pro D. Presbytero Matthæo de Bebelis contra Scholares Clericos in Studio Papiæ, ut ab eis ſatiſfiat de Penſionibus Domus locatæ.

1381. Domus Gazini Gabuterii poſita juxta Domum Ubertini de Nigris vacuetur, & detur Uberto de Lampugnano Legum Doctori ad uſum ſuarum Scholarum. 8. Octobris.

Pro accomodatione Solarii in Domibus Fratrum Prædicatorum ad uſum Scholarum, pro dicto D. Lampugnano. Die utſupra.

1383. Exemptio ab Oneribus favore Maſſariorum, & Laboratorum D. Franciſci de Sicleriis Legum Doctoris. 10. Martii.

Literæ D. Prætoris Papiæ Prætori Sartiranæ, ut ſervet immunitatem Andreæ de Ferrariis Scholari in Loyca Studii Papiæ in executionem Literarum Ducalium. 11. utſupra.

Literæ D. Prætoris Papiæ Poteſtati Glarolarum, ut præſtet auxilium, & favorem pro intrando poſſeſſionem certorum Bonorum D. Petro de Belbello Legum Scholari. 27. Julii.

Pro ſolutione penſionis Filiis, & Hæredibus Joannis de Calzis pro Domo ad uſum Scholarum DD. Philippi de Caſſolis, & Chriſtophori Caſtillionæi Lectorum in Studio Papiæ. 27. Novembris.

1384. Decretum favore Lectorum Papienſium, qui legere velint in Studio cum taxatione ſalarii, & rata circa eorum immunitates, & privilegia. 15. Octobris.

1386. Inſtantia pro Joanne de Francello della Ripa Nazzani Studente, circa alimenta præſtita Socio pariter Studente, & pro recuperando libro accomodato &c. coram D. Poteſtati Papiæ.

Supplicatio porrecta Principi, ut cauſæ committantur DD. Doctoribus de Collegio, & non Doctoribus exteris legentibus in Studio, ex allegatis ibi cauſis. 28. Septembris.

1387. Supplicatio Petri de Seratico de Vincentia Lectoris in Jure Civili, ut poſſit aquirere Domum in ipſa Civitate, & diſpenſetur a ſolutione Gabellæ.

Joannes de Bobio licentiatus in Jur. Civ. elect. ad Lecturam Voluminis cum ſalario. Primo Februarii.

Jacobus de Caſſano Bidel., & Librar. ſit exemptus a vigiliis, & cuſtodiis Civitatis. 9. utſupra.

Pro hoſpitatione paranda D. Bartholomœo de Benzonibus Legente in Studio Papiæ, ſolvente illo debitam penſionem. 21. Martii.

Electio D. Tadioli de Vicomercato ad Lecturam Sexti ad inſtantiam Rectoris, & Scholarium Univerſitatis. 27. utſupra.

Pro Hæredibus quond. D. Bartho-

lomœi Placentini, ut reformetur extimum ſuper penſione Domus ab eò conductæ &c. contra Olivellum de Aſtulphis. 29. utſupra.

Supplicatio circa prædicta.

Revocatio ſuprafcripti Decreti, ut non obſtante fiat jus favore dicti Olivelli. 5. Aprilis.

Supplicatio dicti Olivelli.

Confirmatio Magiſtri Chriſtophori de Salſo ad Lecturam Phyſicæ, cum ſalario ad formam Decreti Ducalis. 10. Maii.

Pro continuanda habitatione Joannolo de Bardi Baliſtrario expenſis Communis Papiæ. 22. Junii.

Pro Jo: Baptiſta de Mangano contra Joannolum de Bardi, ut non obſtante Decreto, procedatur prout juris. 26. utſupra.

Quod Danarii Barattariæ poſſint expendi in ſalariis Cuſtodum Sanitatis, & pro duabus Scholis in Domo Franciſci Sartoris. 27. utſupra.

Electio Fratris de Saravalle ad Lecturam Philoſophiæ Moralis cum ſalario. 2. Julii.

Quod Danarii incantus Barattariæ expendantur pro Cuſtodibus Sanitatis, & pro duabus Scholis in Domo Franciſci Sartoris. 7. utſupra.

Pro Magiſtro Joannolo Baliſtrario cum D. Mangano, ut Commune Papiæ ſolvat ſecundum conventionem a die in antea. 17. utſupra.

Supplicatio dicti Joannoli.

Pro electione Deputatorum ad extimum Domorum ad comodum Studii. 23. utſupra.

Literæ Ducales ſuper recurſu Bidelli, ut provideantur Domus ad uſum Scholarium cum ſupplicatione. 8. Auguſti.

Literæ utſupra ad recurſum Bidelli pro ſalario Magiſtri Petri cum ſupplicatione. Utſupra.

Literæ utſupra pro ſalario Ubertini de Lampugnano Lectoris. 19. utſupra.

Quod prorogetur inſtantia Cauſæ Appellationis commiſſæ D. Malettæ Lectori ad redditum partis. 23. utſupra.

Pro reſtitutione librorum facienda DD. Homodeo, & Paſquali Lectoribus. 27. utſupra.

Supplicatio dictor. Homodei, & de Paſqualibus in Cauſa utſupra.

Pro Conſilio Generali Civitatis Papiæ congregando occaſione certorum Ordinum dandorum circa Studium. 30. Auguſti.

Electio Magiſtri Antonii de Gradi ad Lecturam Phyſicæ cum ſalario. 7. Septembris.

Literæ Ducales, quod Doctores Legentes ſint exempti a Legationibus, & aliis publicis muneribus &c. 19. utſupra.

Exemptio ab omnibus Datiis, & Gabellis favore Magiſtri Joannis de Traverſis de Cremona Lectoris Rethoricæ. 6. Octobris.

Electio D. Auguſtini de Mangano ad Lecturam Sexti cum ſalario. 14. utſupra.

Augmentum ſalarii D. Petro de Sarzana Lectori Philoſophiæ, & Aſtrologiæ. 18. utſupra.

Elec-

Electio D. Carlevarii de Aſtulphis ad Lecturam Jur. Civilis cum ſalario, & ejuſdem ſupplicatio Primo Novembris.

Literæ Ducales pro Salario, & Penſione Domus favore Magiſtri Joannis de Traverſis de Cremona Lectoris Grammaticæ, & Auctorum. 12. utſupra.

De Veſtibus funebribus parandis pro acceſſu Lectorum ad funera Dominæ Genitricis Illuſtris Domini &c. 17. utſupra.

Regiſtrum Civitatis Salariatorum Studii, in quo de uniuſcujuſque Lectura, & ſtipendio.

Pro exemptione ab onere talearum, & cuſtodiarum favore Jacobi de Tortis Studentis, & de Collegio Judicum. 13. utſupra.

Quod dentur Literæ favore Magiſtri Franciſci de Madiis Lectoris Grammaticæ. 29. Junii.

Supplicatio Civitatis pro dicto Magiſtro Franciſco.

Pro Scholis duabus faciendis in Domo Franciſci Cornerii de Sabaudia verſus Stratam novam, cum conventionibus, & penſione. 5. Auguſti.

Electio Officialium ſuper Extimo Domorum pro Scholaribus. 26. utſupra.

Pro certis Ordinibus dandis circa Studium, & præcipue ne auferatur a Civitate, ut dicebatur propoſitum. Primo Septembris.

Salarium conſtitutum DD. Deputatis ſuper Extimo Domorum ad uſum Studentium. 17. Octobr.

Electio D. Carlevarii de Aſtulphis ad Lecturam Jur. Civilis cum ſalario. 11. Novembris.

1388. Literæ Ducales pro manutenenda habitat. Scholarium, cum ſupplicatione &c. 10. Februarii.

Lit. Duc. favore Magiſtri Franciſchini de Strazzapatis pro augmento ejus ſalarii, cum ſupplicatione &c. 13. utſupra.

Pro electione Magiſtri Ariſmini de Curte ad Lecturam Philoſophiæ cum ſalario &c. 29. utſupra.

1389. Mandatum libr. 28. 16. D. de Albariciis pro penſione Domus ad uſum Scholarum &c. 11. Januarii.

Mandatum Floren. 60. Egreg. J. U. Doct. D. Brandæ de Caſtilliono ituro ad Romanam Curiam cum Literis Illuſtris, & Magnif. Domini, cauſa accipiendi Bullas, & Privilegia Sūmi Pontif., pro confirmatione Generalis Studii.

Ramellinæ Filiæ quond. Facelli de Albariciis pro ſolutione Domus ad uſum Scholarum Studii poſit. in Porta Damiani Parochia S. Mariæ de Mil. Virtutib., in qua legunt certi Doctores Studii Papiæ in Jure Civili. 11. Januarii, & aliud 18. Decembris.

Pro ſalariis ſolvendis Lectoribus legentibus. 20. Februarii.

Mandatum libr. 24. Hæredibus Joannis de Gallis pro penſione Domus ad uſum aliarum Scholarum. 17. Martii.

Exhibitio privilegiorum, & immunitatum Doctorum, & Scholarium

larium product. per D. Gualterinum de Zatiis Legum Doctorem, in ſui favorem. 23. utſupra.

Mandatum libr. 38. 8. Tertiolorum Eccleſiæ S. Thomæ pro penſione Domus ad uſum Scholarum. 23. Martii.

Mandatum libr. 12. 16. Antonio de Tacconibus pro penſione Domus utſupra. 31. utſupra.

Pro D. Gulielmo de Belingeriis ſubrogato ad Lecturam ordinariam Digeſti Novi. Primo Julii.

Pro abſolutione Magiſtri Georgii a condemnatione &c. 6. utſupra.

Supplicatio D. Jacobi ex Comitibus Medæ Lectoris Voluminis, & Inſtit. pro ſolutione ſtipendii ad formam Decreti.

Literæ Refferendarii Papiæ directæ Poteſtati, & Refferendario Alexandriæ ſuper immunitate Doctorum ſervanda D. Jacobo Conſtanti de Pedemonte Scholari Studii Papiæ pro ejus rebus, & libris in ejus tranſitu a dicta Civitate. Primo Auguſti.

Super Electione Rectoris Juriſtarum, & de formulis hujuſmodi electionis. 5. utſupra.

Pro Magiſtro Joanne de Cremona, ut habeat Domum ſufficientem pro ejus habitatione. Literæ Ducal., & Supplicatio. 12. utſupra.

Pro Ambroſio de Bozulis Lectore Voluminis, quod ſatisfiat de ejus ſalariis. 7. Septembris.

Mandatum libr. 24. Franciſco de Salerna Leg. Doct. pro penſione Domorum ad uſum Scholarum utſupra. 23. Octobris.

Mandatum libr. 14. 11. Eccleſiæ S. Thomæ pro reparationibus factis in Scholis exiſtentibus in eorum Conventu, pro claudendo Porticu, & pro aliis &c. 31. utſupra, & aliud 18. Novembris.

Mandatum libr. 5. 7. 6. Ardingono della Coſta pro expenſis reparationum factis in Scholis Studii. 2. Novembris.

Mandatum libr. 79. 17. 2. Zanono de Lobia pro Banchis, & aliis in Scholis Studii. 16. utſupra.

Bulla Bonifatii IX. Pontificis pro Studio Generali Papiæ inſtaurato. Die utſupra.

Alia favore Clericorum non reſſidentium, quod fruantur Reſſidentiis. Die utſupra.

Executoriales Archiepiſcopo Mediolani, Epiſcopo Papiæ, & Abbati S. Salvatoris pro prædictis Clericis Studentibus, & non reſſidentibus. Die utſupra.

Partitum factum in Officio Proviſionis Papiæ pro ſolutione expenſarum factarum in obtinendis dictis Bullis.

Supplicatio D. Jacobi ex Comitibus de Medæ pro ſalario Lecturæ ad formam Decreti &c.

Mandatum libr. 3. 12. Eccleſiæ S. Thomæ pro expenſis reparationum Scholarum utſupra. 18. dicti.

Mandatum Præpoſito S. Michaelis Majoris pro penſione Eccleſiæ S. Be-

S. Benedicti ſpectantis dictæ Præpoſituræ, in qua legunt Medicinæ Doctores &c. 25. utſupra.

Mandatum libr. 28. 16. dictæ Ramellinæ pro penſione utſupra. 18. Decembris.

Mandatum libr. 266. Franciſco de Sabaudia pro faciendis expenſis in locis ubi ſunt Beccariæ novæ pro aptandis Scholis. 18. utſupra.

Regiſtrum Civit. Salariator. Studii, in quo Nomina Lectorum, & uniuſcujuſque ſtipendium.

1390. De literali concertatione inter Baldum de Peruſio, & Philippum de Caſſolis de Regio.

1391. Literæ Ducales, quod remaneat clauſa quedam Stricta in Civitate Papiæ, in qua D. Gualterinus de Gariſſaxiis Licentiatus in Jure Civili ædificavit Studium &c. 3. Januarii.

Pro ſolutione ſoliti ſalarii Antonio de Tauxignano Lectori Extraord. Decretal., etiam quod non legerit. 7. utſupra.

Pro ſolutione expenſarum factarum in Scholis in Mercato Fili, ubi prius erant Beccariæ Novæ. 22. Martii.

Franciſco de Sabaudia pro Penſione ejus Domus ad uſum Scholarum ubi erant Beccariæ Novæ. 28. Februarii.

Pro ſolutione ſalarii D. Philippo de Caſſolis Lect. Cod. &c. 8. Martii.

Hæredibus quondam Franciſci de Salerna Legum Doctoris ſuper penſione duorum Solariorum poſitorum in eorum Domo in Porta S. Joannis Parochia S. Geminiani cum Anditù, & tranſitù ad dictas Scholas. 20 Aprilis.

Mandatum D. Stephano de Panizariis cauſa ſolvendi ſalarium Egr. Legum Doctori D. Baldo de Peruſio Delegato, & Commiſſario in Cauſa inter Commune Papiæ, & Commune Terdone, pro juriſdictionem in Loco Cagnoni. 28. utſupra.

Pro Immunitate ab Extimo favore Magiſtri Antonii Vacchæ Medicinæ Doctoris, cum ſupplicatione ejuſdem Magiſtri Antonii. 8. Maii.

Pro exemptione Extimi Ludovici de Galeis Legum Scholaris. Die utſupra.

Pro Immunitate Extimi favore Joannoli de Bonfiliis Bidelli Studiorum. 14. utſupra.

Supplicatio Rectoris Studii pro dicto Bidello.

Pro Immunitate utſupra favore D. Petri de Valentibus Lectoris Notariæ ex cauſa dictæ Lecturæ, & quod cancelletur ab Extimo, cum ſupplicatione. 26. utſupra.

Literæ ſuper reſtitutione librorum furto ablatorum David de Brambate Pergomenſi Studenti Papiæ, & circa judicium ſuper prædictis a Syndicatore Judicis Papiæ factum, cum ſupplicatione dicti David. 30. utſupra.

Pro Immunitate Extimi Magiſtri Martini de Viqueria Medicinæ Lectoris, cum ejuſdem ſupplicatio-

catione. 3. Junii.

Deputatio Magiſtri Stephani de Seregnio ad Lecturam Philoſophiæ loco Magiſtri Maſſini de Coderunco cum ſalario ordinato, dummodo faciat publicum conventum intra duos menſes. 15. utſupra.

Supplicatio Sapientum Proviſionis Papiæ favore Magiſtri Jacobi de Georgiis Lectoris Grammaticæ pro vicinitate cum Albaritio ejuſdem artis Præceptore, & Literæ Ducal. ejus favore, ut Albaritius recedat. 31. Julii, & 30. Septembris.

D. Signorino de Homodeis pro ſalario ejus Lecturæ. Die 2. Auguſti.

Electio ad Lecturam Ordinariam Digeſti Veteris de Mane D Gualterini de Garifaxiis cum ſalario ad formam Decreti, & deſſignatio Scholarum ubi legat, reparata etiam diſcrepantia, quæ intervenit ſuper ipſa deſſignatione Scholarum &c. 7. Septembris.

Inſcriptio, ad Sacellum B. Catharinæ Virginis Studii Patronæ in Eccleſia S. Thomæ.

Electio Nob. D. Franciſci de Lucino Licentiati in Jur. Civil. ad Lect. Extraord. Ordinarior. Jur. Civil.

Mandatum Ardingono della Coſta pro expenſis factis ad Scholas in Mercato Fili. 12. utſupra.

Mandatum Franciſco Cornerio de Sabaudia pro penſione Domus in Mercato Fili prope Beccarias novas. Die utſupra.

Eccleſiæ, & Conventui S. Thomæ pro penſione Scholarum ad uſum Studii Papiæ. 15. utſupra.

Mandatum Ardingono della Coſta pro expenſis ad Scholas D. Ubertini de Lampugnano in Mercato Fili 21. utſupra.

Electio Magiſtri Joannis de Catolonia Medicinæ Doctoris ad Lecturam Aſtrologiæ cum ſalario Flor. 50. 18. Octobris.

Deputatio Magiſtri Joannis della Mirandula ad Lecturam Loycæ cum ſalario Flor. 30. Die utſupra.

Electio D. Tadioli de Vicomercato ad Lecturam Ordinariam Sexti, & Clementin. cum ſalario Flor. 120. Dicta die.

Mandatum Præpoſito S. Michaelis Majoris pro penſione Eccleſiæ S. Benedicti ad dictam Præpoſituram ſpectantis, in qua Legunt quidam Doctores Medici. 31. dicti.

Præpoſito S. Mariæ Canonicæ Peroni pro penſione unius Caſſi Domus ſit. in dicta Canonica ad uſum Scholarum in Mercato Fili. 4. Novembris.

Exemptio a ſolutione Datiorum favore Magiſtri Joannis de Vitudono Medicinæ Lectoris. 8. utſupra.

Pro reductione Extimi D. Joannis de Toppis Licentiat. in Jur. Civil., cum Supplicat., & Literæ Ducal. 14. utſupra.

Mandatum Joannino Cornaggiæ Deputat. per Commune Papiæ ad inquirend., & diſponend. Domos ad uſum Lectorum, &

Scholarium in hac Civitate pro ejus ſalario menſuali. 15. utſupra.

Matricula Doctorum omnium, qui ingreſſi ſunt Almum Collegium Juriſtarum Studii Papiæ cum ſucceſſiva ſerie Adſcriptorum uſque ad annum currentem 1750.

Regiſtrum Civitat., Salariatorum Studii, cum penſionibus Scholarum conductar.

1392. Mandatum pro ſolutione honorarii DD. Baldo, & Zatio Cōmiſſariis in controverſia inter Commune Papiæ, & Commune Terdonæ ſuper Terra Cagnoni pro Laudo ab eis prolato favore Civitatis Papiæ. 30. Januarii.

Pro ſolutione, & remuneratione Laboris D. Ubertino de Lampugnano Advocato Civitat. in Cauſa contra Communitatem Terdonæ, pro juriſdictione ſuper Terra Cagnoni, pro informationibus ab eo factis DD. Baldo, & Zatio Compromiſſariis. 30. dicti.

Mandatum ſolutionis DD. Magiſtris Gulielmo de Ponte Curono, Silano de Nigris, Chriſtophoro de Placentia, & Antonio Cuſano Lectorib. Medicis, pro viſitatione Cadaveris Mulieris ex improviſo vita functæ. Die utſupra.

Mandatum ſolutionis Fratribus de Tacconibus pro penſione ſuæ Domus ad uſum Scholarum pro certis Doctoribus Studii, & Magiſtro Zanino de Sartirana poſit. in Porta S. Damiani Parochia S. Michaelis Majoris. 31. utſupra.

Mandatum Zanino de Lobia pro expenſis factis in Scholis, in quibus Legit D. Epiſcop. Feltrenſis in Domibus Bonacurſii de Sclafenate apud Conventum S. Thomæ. 24. Februarii.

Magiſtro Auguſtino Calzacarariæ Medicinæ Lectore pro viſitatione Cadaveris Mulieris repente vita functæ in ſuſpicione Peſtis. 28. utſupra.

Literæ Ducal., & Præceptum ne moleſtetur Reverendus Epiſcopus Papiæ, nec Clerus pro Taleis impoſitis. 12. Martii.

Literæ Ducal., & Impoſitio pro ampliatione Scholarum, in quibus Legit D. Baldus de Peruſio, ut habilitentur propter affluentiam Auditorum. 19. utſupra.

Mandatum D. Baptiſtæ de Goghis Not. pro ejus ſalar. Sentent. prolatæ per DD. Baldum, & Zatium Commiſſarios in Cauſa inter Commune Papiæ, & Terdonæ ſuper Terra Cagnoni. 31. utſupra.

Mandatum ſolutionis Ardingono della Coſta pro expenſis factis in ordinanda Scala ad Scholas Baldi de Peruſio in Palatio Populi. 1. Aprilis.

Literæ Ducales favore Magiſtri Chriſtophori de Salſo Lectoris Phyſicæ, pro immunitate eidem ſervanda. 6. utſupra.

Cattelino Chriſtiano pro Scripturis, & aliis in cauſa prædicta. 18. Madii.

Prohi-

Prohibitio, & Præceptum de non aſportandis extra Civitatem Libris ad Studium ſpectantibus. 2. Septembris.

Super controverſia inter Magiſtros de Georgiis, & Albaritium pro vicinitate Scholarum, quod nihil innovetur. 25. utſupra.

Maffiolo de Velate familiari Epiſcopi Vicentini pro expenſis factis in Scholis, in quibus ipſe Epiſcopus Legit. 28. utſupra.

Præceptum de locanda Domo Doctori Legenti Danieli de Nicolis ad formam Decreti, & conſuetudinis. 2. Octobris.

De eadem controverſia Albar., & Georg., ut res maneant in ſtatu, in quo ſunt. 4. utſupra.

Pro Scriptura duorum Privilegiorum Papalium editorum in favorem Studii. 11. utſupra.

Quod Doctores Papienſes legant juxta ſolitum, & alia etiam favore Doctorum alienigenarum. 15. utſupra.

Pro penſione Eccleſiæ S. Benedicti prope Conventum S. Thomæ ad uſum Scholarum pro certis Lectoribus Medicis. 21. utſupra.

Præceptum, quod Familiares, Lectorum, & Scholarium tempore, & hora Lectionum diſtent a Scholis per brachia 30. ſub pœna ſolid. 10. Imper. pro qualibet vice. 23. utſupra.

Zanino de Lobia pro expenſis factis in Scholis, in quibus Legit D. Epiſcopus Feltrenſis in Domo quond. Bonacurſii de Sclafenate prope Convent. S. Thomæ. 7. Novembris.

Pro immunitate ab oneribus Advocatorum, & Syndicorum Civit. Papiæ, ex conventione facta cum D. Galeatio Vicario Imperiali. 27. utſupra.

Quod Creditores Scholarium, & Doctorum cauſa penſionum Domuum locatarum accedant ad Rationatorem Communis Papiæ pro eorum ſatisfactione. 10. Decembris.

1393. Pro D. Gulielmo de Belingeriis Lect. Juris Civil., ut habeat donationem a Communi Civitatis Papiæ de quodam ſitu juxta Domum ſuam, Literæ Ducal., & Actus Proviſionis Papiæ. 12. Februarii, & 23. Aprilis.

Regiſtrum Salariatorum Studii, & Domorum pro Scholis conductarum.

1394. Solutio Antonio de Tacconibus, & Fratri pro penſione Domus ad uſum Scholarum. 22. Januarii.

Solutio Bonacurſio de Sclafenate pro penſione ſuæ Domus ad uſum Scholarum utſupra. Die ſuprafcripto.

Solutio Zanino de Lobia pro Bancis factis in Eccleſia Majori Papiæ, in qua legitur Theologia ad uſum Scholarium Studentium in Sacra Pagina. 18. Februarii.

Eid. Zanino pro Diſcho in Scholis utſupra. 8. Aprilis.

Delegatio Reverendi Epiſcopi Papiæ tamquam Cancellarii &c. in Egregium Poteſtatem ejuſdem Civitatis pro deffinitione Cauſæ inter

inter Scholares Studii pro ſubtractione Librorum &c. Aprilis.

Dicto Bonacurſio pro penſione Domus ad uſum Scholarum &c. 16. Maii.

Pro manutenenda locatione Domus Scholaribus Studii ad formam Decreti Ducalis. 23. Junii.

Eccleſiæ, & Conventui S. Thomæ pro penſione utſupra. Primo Septembris.

Mandatum, & ſolutio Salarii D. Georgio de Cazabove pro ejus Lectura &c. 18. utſupra.

Solutio DD. Filiis, & Hæredibus quond. D. Franciſci de Salerna ſuper penſione Domuum ad uſum Scholarum &c. 30. Octobris,

Solutio Zanino de Lobia Magiſtro a Lignamine, pro expenſis in conſtructione Bancharum, & aliorum ad uſum Scholarum. 18. Novembris.

Pro oblatione unius Palii ſingulo anno faciend. per Commune Papiæ ad Altare S. Catharinæ in Eccleſia S. Thomæ, ad inſtantiam Rector. Univerſitatis. Die ſupraſcripto.

Solutio D. Præpoſito S. Mariæ Peroni pro penſione unius Domus ad uſum Scholarum &c. 20. utſupra.

Regiſtrum Civitatis Salariatorum Studii, & Domorum pro Studio conductarum.

1395. Doctorat. in Jure Canonico Reverendi Epiſcopi Silvani Regni Portugaliæ, in quo intervenerunt Epiſcopi ſeptem. Laureatus Silvani Epiſcopus. Epiſcopus Papienſis Studii Cancellarius, Vicentinus, & Veronenſis Lectores actu Legentes Promotores in dicta Laurea. Ferrarienſis, Hiporigenſis, & Terdonenſis Teſtes ejuſdem Laureæ &c. cui intervenit Baldus Promotor, ubi egregie de tanta ſolemnitate. 21. Februarii.

Literæ Ducales pro augmento ſalarii Magiſtri Antonii de Toſſignano Lectoris Medicinæ. 10. Aprilis.

Doctorat. in Jur. Civil. D. Alexandri de Sancto Vito Leodenſis Dioeceſis &c. 16. utſupra.

Pro habendis informationibus cujuſdam Anſelmi Scholaris &c. 17. Junii.

Licent. in Legibus D. Joannis de Montepolitiano de Peruſio. 19. utſupra.

Pro augmento ſtipendii Magiſtri Antonii Natæ Medic. &c. 22. Julii.

Tranſmiſſio Statutorum Univerſitatis Studii Papiæ, facta per Ducale Conſilium D. tunc Studii Rectore pro eorum confirmatione, & obſervantia. 14. Auguſti.

Pro Fratre Ambroſio de Ferandis, ut admittatur ad Lecturam, & provideatur de Scholis &c. 16. Octobris.

Doctorat. in Sac. Pagina Bartholomæi de Alexandria. 18. utſupra.

Pro augmento ſalariorum Lectoribus ſolvendor., & proviſione Lecturæ Loycæ. 15. Novembris.

Sup-

Supplicatio Ludovici de Canepa pro ſalario ad formam Decreti &c.

Compillatio Statutorum Almi Collegii Magnificorum DD. Doctorum Juriſtarum Studii Ticinenſis, ubi multa ſucceſſive ſuper eorum confirmatione, & additionibus. 25. utſupra.

Pro D. Adſeſſore Poteſtatis Papiæ, ut poſſit incumbere Studio, non obſtante Officio. 29. utſupra.

Capit. Statutor. Univerſitatis Artiſtarum de juriſdictione Rectoris ubi fuſiſſime &c.

Capit. 10. Statut. Univerſitatis Juriſtarum Studii. De juriſdictione Rectoris in Scholares, & alios &c.

Regiſtrum Salariatorum Studii, & Domorum conductarum pro Scholis.

1396. Juriſdictio D. Poteſtatis Papiæ, ejuſque familiæ circa Scholares Forenſes, & Subditos, quæ & qualis ſit, & qualiter procedi debeat. 7. Junii.

Literæ conceſſæ Studio Papiæ contra D. Joannem Caſtillionæum Generalem Officialem, & Vicarium, ne ſe intromittat in concernentiis Studii. 14. utſupra.

Delegatio Epiſcopi Papienſis in D. Henricum de Dynis ejus Vicarium de omnibus cauſis concernentibus ad Studium Papiæ in ſequelam Bullæ Pontificiæ favore Clericorum Studentium non reſſidentium &c. 5. Septembris.

Privilegium pro Domibus Scholarium ad interpretationem Decreti. 26. utſupra.

Quod nullus Scholaris poſſit expelli de Domo ante finitam locationem.

Quod Socius recedens de Domo conducta dimittat Claves Domino Domus.

Statutum ſuper extimatione penſionis Domorum Scholaribus locandarum.

Aliud Statutum, quod nullus Scholaris conducat Hoſpitium alterius.

Quod non poſſit impetrari Decretum aliquod contra Studium. 8. Octobris.

1397. Mandatum pro ſolutione ſalarii D. Jacobi de Paſſalaquis, non obſtante, quod abfuerit. 7. Januarii.

Pro ſolutione ſalarii Fratri Philippo de Barziis, non obſtante abſentia ſua. 12. utſupra, & 5. Julii.

Pro compenſatione facienda Lectoribus eorum ſalarii ſuper Taleis ab ipſis ſolvend. 31. utſupra.

Actus Procuræ Venerab. DD. Nicolai, & Thomæ Fratrum de Palavicinis Canon. Eccleſ. Januenſis in Rev. D. Petrum de Boſcho Epiſcopum Aquen. in Studio Papiæ actu Legentem, & alios ſuper controverſia Reſſidentiæ per eos percipiend. a dicta Eccleſia Januenſi, non obſtante eorum permanentia in Studio Papiæ, & hoc ex privilegio Bullæ favore Scholarium. 27. Februarii.

Edictum ne aſportentur Banchæ de Scholis Doctorum Studii Papiæ.

piæ. 27. Martii.

Pro ſuſpenſione, & annullatione ſalarii D. Georgii de Cazabove a die 15. Martii citra &c. 4. Aprilis.

Quod ſolvatur ſalarium Magiſtro Antonio de Cuſano, etiam pro tempore ejus abſentiæ a Lectura. 5. Julii.

Mandatum ſolutionis ſalarii D. Petri de Boſcho. 4. Auguſti.

Pro ſuſpenſione ſolutionis fictorum Domorum ad uſum Scholarum, ſtante dimiſſione ipſarum. 8. Octobris.

Confirmatio, & approbatio duorum Statutorum aditor. antecedentibus Statutis Univerſitatis Studii Papiæ. 15. utſupra.

1398. Mandatum pro ſolutione expenſarum factarum in Scholis S. Thomæ. 23. Februarii.

Pro ſolutione ſalarii Magiſtro Philippo de Barziis, etiam pro tempore abſentiæ a Lectura. 5. Julii.

Declaratio D. Rectoris Studii Papiæ ſuper translatione ejuſdem Studii ad Civitatem Placentiæ. 24. Octobris.

Expenſæ pro renovandis Banchis Studii. 23. Decembris.

1399. Solutio Magiſtro Luchino de Petraſancta Lectori Aſtrologiæ pro ejus ſalario &c. Primo Januarii.

Pro certis Tribunalibus fiendis in Scholis in Mercato Fili, ubi etiam jura reddantur. 4. utſupra.

Pro ſolutione ſalarii, & penſionis Domus Ruphino de Pado Doctori, & Magiſtro Grammaticæ &c. 31. utſupra.

Lit. Duc. pro electione Magiſtri Auguſtini Calzacarariæ ſuper viſionibus Urinæ pro cognitione Morborum infectionis &c., & pro ejus ſolutione &c. 26. Februarii.

Pro dicto Magiſtro Calzacararia, ut continuetur in munere cognoſcendi qualitatem Morborum per inſpectionem Urinæ. 27. utſupra.

Solutio Franciſco de Cornerio de Sabaudia pro penſione Domuum ad uſum Scholarum &c. 24. Martii.

Bonacurſio de Sclafenate pro penſione utſupra. 31. dicti.

Giliolo de Juvenalibus pro penſione Domus in Mercato Fili ad uſum utſupra. 17. Aprilis.

Conventui S. Thomæ pro penſione utſupra. Primo Maii.

Pro annua penſione per Excellentiſs. Mediolani Ducem Papiæ Comitem, conceſſa quondam Amicino de Bozulis Leg. Doct. &c. ubi multa de dicta familia &c. ſolvenda ejus Filiis, & pro exemptione eis ſervanda &c. cum eorundem Filiorum ſupplicatione. 16. Decembris.

Conventiones inter Ven. D. de Rotiis &c. pro renunciatione Domus conductæ in Civitat. Papiæ, cauſa translati Studii ad Civitat. Placentiæ. 29. utſupra.

1401. Relatio DD. de Conſilio Proviſionis Papiæ.

Pro Collegio DD. Juriſconſultorum, & Judicum ejuſdem Civitatis,

tatis, & pro facultate ampliandi Locum, in quo dictum Collegium congregat. 5. Februarii.
Quod ſuſpendantur litigia, & Scholæ Grammaticæ. 31. Martii.
Literæ Invitatoriæ ad Studium Placentiæ reformatum, cum direct. DD. Poteſtatibus hujus Dominii, & Edicto 27. Aprilis, & 4. Maii.
1402. Literæ DD. Lectorum, & Univerſitatis Papiæ reſſidentium Placentiæ direct. Inclyto Conſilio Proviſ. pro habendo Rotulo, & adjumento Navium, ut poſſint redire.
Aliæ conſimiles annunciantes mortem Galeatii Ducis Mediolani &c. cum promiſſione redeundi.
Literæ Ducales nunciantes Civitati mortem Principis. 10. Septembris.
Literæ Rector. Univerſitatis degent. Placentiæ, ut Civitas Papiæ ſubminiſtret expenſas pro Veſtibus luctus in mortem Principis, & pro acceſſu ad funera ejuſdem.
Pro facultate accedendi ad Studium Bononiæ, non obſtante Decreto accedendi ad Studium Papiæ. 27. Septembris.
Pro reparatione, & reaptatione Scholarum faciend. 6. Octobris.
Proviſio ſuper extimo penſionum Domuum Scholaribus locand. 9. utſupra.
Pro identificatione ſalarii Magiſtri Auguſtini Calzacarariæ ante translationem Studii ad Civitatem Placentiæ. 14. utſupra.
Literæ primi Camerarii Principis pro Officiali Papiæ eligendo ſuper extimo penſionis Domuum Scholaribus locand. 15. utſupra.
Literæ Univerſitatis Papiæ Placentiæ reſſidentis, pro reditu ad hanc Civitatem.
Literæ Ducales pro habendis informationibus progreſſus, & ſtatus Studii Papiæ. 10. Novembris.
Super electione Uſurarii, qui mutuet ſuper libris Scholarium. 6. Decembris.
Formula Incantus pro reparatione Bancharum fiendarum in Scholis Studii Papiæ.
1403. Subrogatio Magiſtri Beltramini de Pomate ad Lecturam Sacræ Paginæ loco Magiſtri Joannis de Crivellis cum ſalario. 16. Aprilis.
Relatio Rectoris Medicinæ, & Artiſtarum ſuper controverſia Scholæ inter DD. Bartholomæum de Dynis Juris, & Luchinum de Belloculis Medicinæ Lectores.
Literæ Ducal. cum proviſione ſuper dicta controverſia. 4. Maii.
Literæ Ducal. pro ſalario D. Stephani de Barberiis Lectoris Juris, ſolvendo ad formam Decret. Ducal. 5. utſupra.
Supplicatio ejuſdem D. Stephani enunciata in ſupraſcriptis Literis.
Electio Magiſtri Matthæi de Vittudono ad Lecturam Phyſicæ, cum Mandato, ut eidem provideantur Scholæ opportunæ. 7. utſupra.
Pro eodem Magiſtro de Vittudono ſuper declaratione ejus ſalarii.

rii. 10. utſupra.

Pro Magiſtro Bernardo de Manganis, ut continuare habeat Lecturam Medicinæ cum ſalario &c., etiam pro tempore ejus abſentiæ ad Romanam Curiam. 20. utſupra.

Literæ Excelſi Status Moderatoris pro immunitate Lectorum ab onere Focolarium &c. 22. utſupra.

Literæ Magiſtrales pro exemptione DD. Lectorum. 22. Auguſti.

De Matricula Scholarium deponenda penes Notarium Univerſitatis. 25. utſupra.

Edictum favore Scholarium ut facilius Duodenas inveniant. 16. Octobris.

Supplicatio Civitat. porrecta Auguſtiſſimo Imperatori, ut convenienter provideatur ſuper taxa Duodenarum pro Scholaribus. 16. utſupra.

Calculus efformatus ſuper veroſimili taxa Duodenarum per Scholares ſolvendarum.

Quod D. Aloyſius Cavenagus Scholaris &c. expleat Orationem aperitionis Studii. 27. utſupra.

Supplicatio Civitat. porrecta Excellentiſſimo Moderatori ut Lectores, & Studentes concurrant ad partem additionis pretii Carnium.

Pro deſignatione horarum cuique Profitentium Artiſtarum aſſignatarum juxta antecedenter ordinata. 4. Novembris.

Pro eodem circa deſignationem horarum pro Philoſoph. Theol., &

& Pract. 16. dicti.

1548. Decreta varia pro reformatione, & bono regimine Studii. 13. Januarii.

Reſponſio promulgationis ſupraſcriptorum Decretorum, & deſuper illis per Scholares relevatis. 17. dicti.

Tranſmiſſio relevatorum per Scholares ad materiam Decretorum utſupra. 21. dicti.

De tempore omnino ſervando ad Legendum Statuto. 26. utſupra.

Literæ cum Tabulis, & aſſignatione ſalarii unicuiqq: ex DD. Profeſſoribus. 28. utſupra.

Reſponſio Denunciationis factæ de Edicto temporario, & de cohercendis Scholarium inſolentiis. 30. utſupra.

Quod Lectiones Pomeridianæ reducantur ad horam tantum. Dicta die.

De publicatione Edictorum utſupra, & de renovata eorund. publicatione. 4. Februarii.

Literæ Magiſtrales pro immunitate Lectorum. 27. utſupra.

Reſponſiones Referendarii Papiæ in cauſa prædicta pro reſtrictione hujuſmodi immunitatis &c. 17. Martii.

Literæ reiteratæ ejuſdem Illuſtriſſimi Tribunalis pro extenſione dictæ immunitatis ad omnes de Familia Lectorum, & Inſervientium &c. 20.

Literæ Magiſtratus Referendario Papiæ pro exemptione Lectorum, & aliorum etiam ab additione Carnium. 22. utſupra.

Ut prævideantur inconvenientia ſuper creatione Rectoris Artiſtar. 17. Aprilis.

Relatio cauſarum diſſenſionis ſuper nova elect. Rectoris, & ut decernatur proviſio. 21. dicti.

Literæ Senatus pro habendis informationibus, qui poſſint eſſe idonei ad ſecundam Jur. Can., & ſecundam Jur. Civil., & de eorum meritis circa aſſignationem ſalarii. 2. Julii.

Certificatur Senatus de futura Rectoris electione quiete, & pacifice ſecutura. Dicta die.

Reſponſio ad prædicta, & nominatio habilium ad dictas Lecturas.

Literæ Magiſtrales D. Referendario Papiæ pro ſolutione importantiæ exemptionis Lectoribus debitæ. 3. utſupra.

Literæ Civitat. Excelſ. Moderat. ſuper pluribus exceſſibus Scholarium. Dicta die.

Literæ Civitat. Illuſtri D. Senatus Præſidi pro admiſſione Magiſtri Baptiſtæ Gluſſiani ad Lecturam Medicinæ. 7. utſupra.

Literæ commendatiæ R. D. Vice Cancellarii Studii favore DD. Beccariæ, & Cuchi ad Lecturas Petentium. 25. utſupra.

Indictio temporis initii Studii, & Vacationum. 3. Auguſti.

Relatio publicationis ſupraſcriptæ temporis Indictionis. 13. utſupra.

De caſſatione a Lectura D. Covi ob ejus invaletudinem. 14. utſupra.

De publicatione Edicti aperitionis

Studii ſublimioribus Profeſſoribus inſtaurati. 4. Septembris.

Edictum pro aperitione Studii annualis cum certificatione celebrium Lectorum noviter conductorum. 10. utſupra.

Reſponſio R. Vice Cancell. ſuper executa publicat. prædicta. 11. utſupra.

Novum Proclama pro tempore inchoandorum Studiorum, & incipiendarum Vacationum. 11. Octobris.

Concordia præcedentiæ inter DD. Caymum, & Mandellum. 13. utſupra.

Reſponſio R. Vice Cancell. de acceptis Literis, & executæ publicationis utſupra. 15. dicti.

De præcedentia inter Bernerium, & Padernum. 26. utſupra.

Literæ cum Rotulo pro ejus publicatione, & cum Decreto. Dicta die.

Reſponſio de acceptis Tabulis, & executa publicatione. 29. utſupra.

De pecuniis Caponariis penes D. Prætorem deponendis. 8. Decembris.

1549. Contentio ſuper uſu Scholæ inter DD. Padernum, & Bernerium. 10. Januarii.

Ne novæ Vacationes introducantur, & de pæna contrafacientibus. 31. utſupra.

Pro habendis informationibus expoſitorum per D. Rectorem. 11. Februarii.

De recuperandis, & deponendis pecuniis honorarii Caponum. 27. utſupra.

Ut per Collegium Artiſtarum, & Medicorum conferatur Laurea D. ejus Rectori gratis, & ſine examine. 26. Martii.

Atteſtationes conſuetudinis circa hujuſmodi Lauream Rectori Artiſtar. conferendam.

Preces Coll. DD. Phyſicorum ſuper petitis per Rectorem Artiſtarum an aſſequi habeat Lauream abſque examine, & ſine impenſa. Dicta die.

Pro D. Arnutio ſubrogat. in Rector. Juriſtar. 10. Maii.

Pro certis contumeliis contra D. Vice Rectorem Juriſtarum prolatis, ut Culpabiles accedant ad Senatum audituri &c. 29. utſupra.

Atteſtatio Magnif. Prætoris Papiæ ſequeſtri adimpleti per Scholarem Monteſiam in controverſia de qua ſupra. 4. Junii.

Relatio R. Vice Cancell. ſuper concernentiis prænarrati diſſidii inter Vice Rector. Juriſtarum, & Scholarem Monteſiam. 6. dicti.

Pro reparationem injuriarum cauſa ſupra narrati diſſidii. 8. dicti.

Denunciatio mentis Senatus facta dicto Monteſiæ pro dicta cauſa. 19. dicti.

Contra Scholarem male verſantem cum Bidello, & ejus Familia. 25. utſupra.

Super mutatione horæ Legendi, quod nihil innovetur, & de componendis diſſidiis inter Scholares. 26. utſupra.

Informationes ſuper ſecutis cum Bidello prædicto. 27. dicti.

Rela-

Relatio ſuper concernentiis mutationis horæ inter Artiſtas, & de pace curata inter Scholares. Primo Julii.

Lit. Civit. Excelſo Status Moderatori ſuper exceſſibus Scholarium. 3. dicti.

Relatio D. Vice Cancell. ſuper creatione Rectoris quomodo effectum non habuerit. 4. utſupra.

Diſpenſatio pro novis Comitiis creandi Rector. 6. dicti.

Electio in Rector. Studii D. Joannis Baptiſtæ Boſſii Mediolanenſis. 7. utſupra.

Literæ Egregii Capitanei Juſtitiæ pro ſumendis informationibus ſuper gravaminibus per D. Referendar. illatis DD. Rectoribus, & Scholaribus Studii. 19. dicti.

Reſponſio, & tranſmiſſio ſumptarum informat. &c. 26. utſupra.

Literæ pro reparatione malæ verſionis per Scholarem Bidello factæ. 29. utſupra.

Præſentatio, & inthimatio dictar. Literarum. Dicta die.

Præceptum factum per R. D. Vice Cancell. dicto Scholari, ut reparationem faciat de dictis injuriis, aliter accedat ad Senatum &c. Die utſupra.

Relatio inthimationis ſupraſcripti Præcepti.

Querela D. Petri Mariæ de Luino Scholaris contra D. Joannem Baptiſtam Boſſium electum in Rector. Juriſtar.

Literæ ſuper controverſia Rotuli Conſiliariorum Nationum in Univerſitate Studentium a Rectore rejecto. 14. Auguſti.

Pro habendis informationibus ſuper prædicta cauſa. 17. dicti.

Lit. Civit. Excelſo Status Moderatori ut introducatur in Scholis, etiam Lectura Humanitatis pro inſtructione Adoleſcentum. 21. utſupra.

Ejuſdem ejus Oratori, ut curet electionem Lectoris Humanitatis cum competenti ſalario. 23. utſupra.

Ejuſdem Illuſtri D. Magno Cancellario Tabernæ ſuper officioſitatibus per Civitatem ejuſdem Filio præſtitis, occaſione qua Lauream ſuſcepit in hac Univerſitate. 31. utſupra.

Præſentatio dictarum Literarum. 6. Septembris.

Relatio R. Vice Cancell. de controverſia D. Caſtelli Scholaris cum Bidello. Dicta die.

Ne Scholares ad alia Studia ſe transferant ſub pæna &c., & alia circa idem &c. Primo Octobris.

Pro publicatione Edicti aperitionis Studii, ut Scholares accedant. Dicta die.

Sententia Magiſtratus pro immunitate Lectoribus ſervanda etiam pro onere Menſualis. 3. utſupra.

Relatio publicationis, & affixionis dicti Edicti. 8. utſupra.

Publicatio, & affixio ejuſdem &c. Dicta die.

Informatio R. Vice Cancell. expletæ publicat. utſupra. Dicta die.

Lite-

Literæ cum Rotulo DD. Profeſſorum pro ejus publicatione, & de ſervanda conventione temporariæ Conductionis per ipſos aſſumptæ. 14. dicti.

Super ordine Senatus anticipandi temporis aperitionis Studiorum. 16. utſupra.

De die indicta ad inchoanda Studia, & de Feriis conceſſis ad curam valetudinis. Dicta die.

De Indicta die aperitionis Studii Lectoribus denunciata &c. 18. utſupra.

Prorogatio diei aperitionis Studii poſt Feſtum Sanctorum Simeonis, & Judæ. 19. dicti.

De addendo in Rotulo D. Ludovico Tridino ad Lectur. Philoſophiæ Extraordinariæ per errorem ommiſſo. 24. utſupra.

De publicatione diei indictæ pro initio Scholarum, & de Tridino publicato ad Extraordin. Philoſophiæ. 26. dicti.

Pro reparando errore in Tabulis irrepto pro D. Caymo &c. 28. utſupra.

Pro explenda Anatomia, & ut honoraria Caponum convertantur in expenſas ejuſdem Anatomiæ. 13. Novembris.

Electio Depoſitariorum pro exactione honorariorum convertendorum in expenſas Anatomiæ. 20. utſupra.

Atteſtatio Hebræi pro injuria, & deprædatione paſſis a D. Rector. Juriſtarum cauſa honorarii Caponum. 22. utſupra.

Relatio facta Excellentiſſimo Senatui per D. Prætor. Papiæ de exceſſibus Rectoris in exactione honorarii Caponum. Dicta die.

Reſponſum D. Rectoris ad propoſitum D. Prætoris, quod ſibi commiſſa eſſet cura exactionis hujuſmodi Honorarii. Die utſupra.

Mandatum Procuræ factum per D. Rector., & Conſiliar. in D. Priorem Ultramontanorum pro exigendo honorario Caponum. Dicta die.

Exortatoria D. Poteſtatis Papiæ D. Rectori ſuper exceſſibus ſecutis cauſa exactionis honorarii Caponum. Die utſupra.

Preces D. Mandelli de Alba adverſus D. Rectorem pro injuriis ab eo paſſis occaſione dictæ exactionis. 28. dicti.

Querelæ contra Rector. Juriſtar. circa exact. dicti honorarii Caponum. 29. utſupra.

Pro habendis rationibus, & ſenſibus ſuper diſſidio inter D. Rector. Artiſtar., & D. Delfinum. 2. Decembris.

Rationes D. Delfini pro ſua parte.

DD. Conſiliariorum, qui contradixerunt Lectioni D. Delfini. 11. utſupra.

Relatio R. D. Vice Cancell. ſuper diſſidio inter Rector. Artiſtar., & D. Delfinum, an ſint Legendi Afforiſmi Hipocratis, nec ne. 13. dicti.

Relatio R. D. Vice Cancell. ſuper controverſiis exactionis antedicti honorarii &c. Dicta die.

Rationes, & motiva contra Delfinum &c. in cauſa utſupra.

Reſ-

Reſponſio D. Delfini adverſus ſibi opoſita per D. Rector. Artiſtarum.

Pro habendis informationibus ſuper diſſidio inter D. Albam Lect., & D. Rector. Juriſt. 16. utſupra.

Pro redargutione faciend. D. Rectori de male per eum geſtis circa exactionem prædictam. 18. utſupra.

De reparatione publ. dandæ per D. Rector. de male ab eo geſtis contra D. Albam Lectorem circa exact. dicti Honorarii. 22. dicti.

Literæ D. Albæ ad Reverendiſſimum Papiæ Epiſcopum ſuper concernentiis dicti exceſſus D. Rectoris in exactione honorarii Caponarii &c. 24. utſupra.

1550. De recuperandis pecuniis penes Scholares depoſitis ad effectum explendæ Anatomiæ. 16. Januarii.

Interinatio Senat. confirmationis Privilegii Caroli V. Imperatoris Almo Colleg. Caſtillionæo conceſſ. 30. dicti.

Promotio D. Covi ad Cathed. Jur. Civil. per mortem D. Andreæ Alciati. 31. utſupra.

Querelæ Magnif. D. Rectoris Juriſtar. de injuriis, & inofficioſitatibus ſibi factis per Magnif. D. Senatorem Papiæ Prætorem in detrimentum prærogativæ Rectoralis.

Ordo Magiſtralis favore Lectorum legentium pro eorum immunitate ab onere additionis portarum. 8. Februarii.

Relatio Magnif. D. Prætoris ſuper diſſidio cum D. Rectore. 5. Junii.

Pro habendis informationibus circa diſſidium prædictum. 9. utſupra.

Relationes, ſeu informationes datæ per Rev. Vice Cancell. de circumſtantiis dicti diſſidii. 15. dicti.

Literæ Egr. a Secretis Senatus ſuper modo explendæ reparationis pro diſſidiis utſupra. 20. utſupra.

Declaratio Senatus de præcedentia D. Rectoris in concurſu cum D. Prætore. Dicta die.

Relatio D. Vice Cancell. de expleta reparatione utſupra. 26. dicti.

De certo loco in Scholis per Rectorem aſſignando Arguentibus, & de ſtatuto in hanc cauſam diſponente. 28. dicti.

Literæ Civitatis DD. Regulatoribus Studii pro conferenda Lectura Ordinaria Jur. Civilis D. Julio Salerno Concivi, cum ſalario &c. 26. Septembris.

De Oratione aperitionis Studii habenda per D. Cæſarem Rippam Scholarem Mantuan. 13. Octobris.

Literæ cum Rotulo, & incluſo ordine ſervando. 18. dicti.

Literæ Civitatis Reverendiſſimo Archiepiſcopo Mediolani, & Senatori Caſtillionæo Regulatoribus Studii, pro conferenda Lectura Humanitatis D. Jacobo Venuſto. 25. utſupra.

Lit. Senat. R. D. Vice Cancellario de taxa honorarii Caponorum DD. Lectoribus conſtituta, & de

de converſione ejuſdem pecuniæ in redemptionem Sceptri Juriſtarum, & pro ſimili honorario Artiſtarum. 18. Novembris.

Præceptum Scholaribus de non exigendo honorario Caponorum, & relatio publicationis ejuſdem præcepti. 22. dicti.

Pro recuperandis pecuniis Univerſitati Artiſtarum debitis convertendis in uſum Sceptri. Dicta die.

Relatio conſumptæ pecuniæ utſupra, & de rixa inter Scholares, ejuſque compoſitione in Domo Rectoris. 6. Decembris.

Approbatio Senatus pro compoſito diſſidio utſupra, & quod pecuniæ exigantur pro conſtructione Theatri Anatomiæ, & Sceptri Rectoratus Studii &c. 12. utſupra.

1551. De non intermittendis Lectionibus ea die quo conferuntur Laureæ, & ne Profeſſores deſiſtant a Legendo ſub pæna &c. 25. Januarii.

Literæ Civitatis Auguſtiſſimo Imperatori pro Studio Papienſi inchoando ſaltem pro Subditis.

Conſtructum fuit hoc anno novum Sceptrum Juriſtarum, vulgo Mazza adhuc exiſtens &c., ut in eo adnotatum eſt.

Quod æquo animo patiantur Lectores dilatam ſolutionem ſtipendiorum quamprimum diſtribuendorum &c. Primo Aprilis.

Relatio R. D. Vice Cancellar. expleti Officii cum DD. Lectoribus, & de exhibita per eos paſſientia. 3. utſupra.

Literæ Civitatis D. Senatori Bertio Prætori Cremonæ pro D. Joanne Muſonio Lectore Artis Oratoriæ Grecæ, & Latinæ &c. 15. dicti.

Reſponſio ejuſdem D. Bertii ſuper prædictis. 20. utſupra.

Preces Conſiliariorum Cremonæ, Novariæ, & Cumi ſuper reſtitutione ab eis petita honorariorum exactorum. 4. Junii.

Pro recuperatione a dictis Conſiliariis portionis eis obventæ. 6. dicti.

Pro reſtituendo Pignore capto D. Philippo *Z*affiro, attenta exhibita oblatione ejus portionis &c. 8. utſupra.

Actus reſtitutionis, & conſignationis dicti Pignoris, 9. dicti.

De Domibus locandis Scholaribus æquo pretio, & rationabilibus conditionibus. 2. Septembris.

Lit. Civitatis Magnif. DD. Regulatoribus Studii pro ponendo in Rotulo Magiſtro Jacobo de Venuſtis Lectore Humanitatis. 6. dicti.

D. Petri Martyris Troni Cæſarei Aulici pro obtinenda aperitione Studii, non obſtantibus rumoribus Belli. 14. utſupra.

Ejuſdem Troni D. Polidamanti Mayno ſuper eadem cauſa. 24. dicti.

Ejuſdem ſuper ab eo geſtis cauſa prædicta. 26. utſupra.

Pro aperitione Studii, ut Scholares, & Lectores ſerio incumbat. 3. Octobris.

Lite-

Literæ Excelſi Status Moderatoris, Illuſtri D.Senatus Præſidi pro ſolutione Lectoribus brevi facienda. 15. utſupra.
Literæ cum Tabulis, & promiſſione proxime ſolutionis ſalarii &c. 20. dicti.
Reformatio Tabularum pro Cathedris DD. Lectoribus reſpective aſſignatis attento diſceſſu a Studio D. Albæ. 27. utſupra.
De communicato Lectoribus Rotulo, & de promiſſa per eos frequentia, & continuatione in Legendo. Dicta die.
Nova reformatio nonnullor. Lectorum pro Cathedris Rectorum eis aſſignatis. Dicta die utſupra.
De controverſia inter Vercellenſes, & Alexandrinos ſuper ſcholaſticis occurrentiis. 18. Novembris.
Preces Vercellenſium pro controverſiis cum Pedemontanis.
Lit. D.Petri Martyris Troni Civit. Pap. pro conſecuta expeditione aperiendi Studii. 25. ut ſupra.
Pro componendo diſſidio inter DD. de Boſco, & de Carolis Scholares. 26. dicti.
Relatio R. D. Vice Cancell. de propoſita, & non expleta concordia inter dictos Scholares. Primo Decembris.
Electio D. Camilli Plautii ad Lecturam Ordinar. ad quam erat D. Salernus. Dicta die.
De componendis controverſiis inter Vercellenſ., & Pedemont. 9. dicti.
De informationibus habendis pro redditu ad Studium petito per Joannem Bottam Scholarem &c. 11. utſupra.
De eligendo Anatomiſta ex Corpore Artiſtarum. 15 dicti.
Informationes pro redditu ad Studium dicti D. Bottæ. 23. utſupra.
Relatio R. D. Vice Cancell. de controverſia eligendi Anatomiſtam inter Papienſes, & Exteros. 26. dicti.
Proviſio interinalis favore Papienſis in Anatomiſtam electi. utſupra.
Inthimatio ſupraſcriptæ providentiæ D. Rectori Artiſtarum, & D. Celanovæ agenti pro Papienſibus. 28. dicti.
1552. Pro habendis informationibus receſſus a Studio D. Brandæ Porri, & ſubſtitutionis per eum factæ in D. Tridinum inconſulto Senatu. 27. Januarii.
Pro confirmandis Lectoribus in expectationem exigendorum Stipendiorum, & ne a Studio diſcedant ubi comparantur Senatui ſimiliter expectanti. 30. dicti.
De differendis Vacationibus Baccanalium ad tempus congruum, & quod interim Lectiones non intermittantur. 31. utſupra.
Facultas conceſſa R. Cacciano, ut poſſit per Subſtitutum ſupplere ejus Lecturæ tempore Quadrageſimæ. 2. Martii.
Notitia aſſecuratæ ſolutionis ſtidendiorum Lectoribus danda. 5. utſupra.
Relevata per DD. Lectores circa

I ſolu-

ſolutionem faciendam de eorum ſtipendiis etiam per Deputatum Senatui notificanda. 8. dicti.

Pro pecuniis per DD. Lectores Magnif. D. Rectori Artiſtarum ſolutis non repetendis. 29. Junii.

Preces D. Rectoris Artiſtar. ſuper honorariis Caponorum per eum bona fide exactis non reſtituendis, & ſuper aſſueta executione ad ejus inſtantiam facta Lectori non ſolventi.

Preces Excell. Senatui porrectis pro reſtitutione veſtis pignoratæ D. Lectori recuſanti ſolvere honorarium Caponorum cum Decreto &c. 15. Julii.

Inthimatio facta recenti D. Rectori &c. Supplicationis, & Decreti de quibus ſupra. 16. dicti.

Lit. D. Senatoris Bertii ad Civit. ſuper ſolutione Stipendii aſſignandi D. Aonio Lect. Humanitatis. 19. Octobris

Aliæ Civitatis reſponſive dicto Senatori Bertio ſuper conductione dicti Lect. Humanitatis. 24. ut ſupra.

Pro conſtruendo Theatro Anatomiæ ad formam Theatri Piſarum, & juxta diſpoſitionem dandam per D. Cuneum de eodem Theatro cognitionem habentem. 21. Novembris.

Denunciatio ſupreſſo Nomine facta D. a Secretis Senatus de variis Univerſitatis diſſidiis.

Pro ſumendis informationibus ſuper diſſidiis prædictis. 28. utſupra.

Pro ſedanda altercationem excitata inter DD. Brandam Porrum, & Delfinum &c., & de proviſionali electione Papienſis in Anatomiſtam. 16. Decembris.

Relatio R. Vice Cancell. de geſtis pro conciliatione diſſidii inter Papienſes, & Forenſes ſuper Anatomia. Dicta die.

Relatio R. Vice Cancell. de diſſidiis ſubortis in Univerſitate, ſed ex poſt quiete ſedatis. 22. utſupra.

Rotulus ſtipendiorum Lector. Jur. Civil., & Canon.

1553. Pro habenda informatione de variis per Scholares ſuppoſitis. 9. Januarii.

Preces Scholarium pro controverſia inter Lectores Porrum, & Delfinum pro Schola, & Cathedra, ad quam alteruter Legere debeat &c. favore D. Brandæ.

Relatio R. D. Vice Cancell. ſuper controverſia inter D. Porrum, & Delfinum &c. favore D. Porri. 17. dicti.

De non ampliandis Vacationibus Baccanalium, ſed ut Lectores perſeverent in Legendo ad tempus congruum. 26. utſupra.

Relatio D. Vice Cancell. de Vacationibus jam apertis cauſa Baccanaliorum, & de impoſſibilitate perſeverandi. 30. utſ.

Pro habendis informationibus Jurium D. Plautii circa Emolumenta promotionum. 13. Februarii.

Contentio D. Plautii, & Mediabarbæ ſuper jure promotionis, & querela contra Collegium

Juriſtarum, quod de facto contra Plautium pronunciavit.

Pro habenda notitia deceſſus Magiſtri Bernerii, & quod fiat certior Senatus de concernentiis Univerſitatis. 10. Martii.

Pro habendis informationibus circa idoneitatem D. Raſarii ſubſtituendi D. Trono olim Chyrurgiæ Profeſſore. 11. dicti.

Reſponſum D. Vice Cancell. ſuper idoneitate D. Raſarii utſupra ſubſtituendi &c. 12. utſupra.

Licentia abeundi Rev. Fratri Antonio de Auguſta pro ejus acceſſu ad Capitulum Januæ, & quod Lectores poſt ſonitum Campanæ ſint aſſidui Lectionibus. 21. Aprilis.

Relatio diſſidii orti inter Filium Præfecti Arcis Mediolani, & D. Specianum Scholares Studii Papiæ. 30. Junii.

Pro perficiendo proceſſu in cauſa dicti deſſidii. 6. Julii.

Reiteratæ juſſiones pro continuatione, & perfectione dicti Proceſſus. 7. Auguſti.

Relatio R. Vice Cancell. de receſſu a Civitate utriuſque ex Contendentibus, & de providentia data per Excel. Status Moderatorem. 11. dicti.

De perficiendo omnino proceſſu prædicto, & de veritate inquirenda. 14. dicti.

Pro tranſmiſſione Proceſſus ad Senatum in cauſa utſupra.

Quod D. Roveſcala Scholaris expleat Orationem aperitionis Studii, & quod Nepos R. Vice Cancell. poſſit impetrare Lecturam a Rectore Studii conferendam. 19. Septembris.

Relatio R. Vice Cancell. de ſumptis informationibus ſupradicti diſſidii, & de tranſmiſſis Teſtibus informatis. &c. 30. ut ſupra.

De tranſmittendis Senatui Statutis Univerſitatis Artiſtar. 5. Octobris.

Relatio R. D. Vice Cancell. de exquiſitis dictis Statutis, & de difficultate illa recuperand. 9. dicti.

Literæ Senatus, ut omnino perquirantur ipſa Statuta, & quod Rector. alias ejuſdem Univerſitatis, & Bidellus de eis rationem reddant &c. 12. utſupra.

Inthimatio dictar. Literarum facta Bidello. 16. dicti.

Renovatio Ordinum alias editor. pro bono regimine Studii, & de ſcholaſticis concertationibus inter Lector. fiend. 26. dicti, & 3. Novembris.

Literæ cum Rotulo, & pro earum pubblicatione. 27. Octobris.

Quod D. Gambarana legat in prima Sede Jur. Mat.

De Campana Studii reficienda, &

De electione Fratris Bergomenſ. ad Lect. &c. 2. Novembris.

Relatio R. Vice Caneell. de publicato Rotulo, & Ordinibus &c. 3. Novembris.

Pro informationibus Controverſiarum inter Plautium, & Mediabarbam. 19. dicti.

Relatio R. D. Vice Cancell. de Controverſiis prædictis, & de earum circumſtantiis.

Ut perquirantur Auctores, & Inſtigatores dicti diſſidii inter Plautium, & Mediabarbam. 4. Decembris.

Ut obſervetur ſolitum circa electionem Papienſis ad Anatomiam 13. utſupra.

1554. Pro informationibus petitæ admiſſionis Aquenſium, & Hiporedienſium cum Subalpinis ad creandos Conſiliarios. 4. Janu.

Preces Aquenſium, & Hiporedienſium in cauſa utſupra.

Relatio R. Vice Cancell. in cauſa dictæ petitæ admiſſionis &c. 12. utſupra.

Literæ pro admiſſione dictarum Nationum ad creationem Conſiliariorum utſupra. 19. dicti.

De prærogativa, & gradu in argumentationibus inter Scholaſticos. 18. Februarii.

De ſimili prærogativa ſervanda inter Artiſtas. 8. Martii.

Licentia Rev. Caſſiano abeundi ad Balnea pro tuenda valetudine, cum ſacultate ſubſtituendi. 26. Maii.

Pro componenda controverſia inter Vercellenſ., & Pedemont. ſuper electione Conſiliarii. 21. Junii.

Diſpenſatio D. Lucæ Bonamici Papienſis, ut poſſit continuare in ſubſtitutum Rectoris Studii. 23. dicti.

Quod Scholaribus Papienſibus nulla Officia decernantur in eodem Studio.

Pro informationibus imputationum factarum Bidello Garaldo. 15. Septembris.

Quod D. Georgius Ripa Scholaris expleat Orationem aperitionis Studii, & de Jacobo Alba noviter electo. 12. Octobris.

Literæ cum Rotulo Lectorum una cum Decretis circa Univerſitatem, pro eorum publicatione. 19. utſupra.

Pro ſupplendis expenſis faciendis in conſtructione Sceptri Artiſtarum, & quod DD. Lectores alacriter incumbant, certificati de ſolutione &c. 3. Novembris.

Quod Scholares adſcripti ad unam Nationem non poſſint ſe ad aliam transferre. 7. utſupra.

Quod Lectores non poſſint Scholares promovere in ea facultate, in qua amplius non legunt. 22. dicti.

Ut quanto citius D. Gaſpar Cervius promoveatur ad Doctoratum Primo Decembris.

Preces ejuſdem Cervii ſuper prædictis &c.

1555. De præcedentia Conſiliarii Mediolanenſis ſuper cæteris, etiam Generalis totius Status. 2. Januarii.

Quod publicetur Decretum de non alliciendis Scholaribus, ut præferant Lectores particulares. 4. ut ſupra.

De Cathedra D. Mandello de Alba reſervanda, & de nova Schola aliis Lectoribus aptanda, & quod expenſæ fiant de pecuniis penes Bidellum Becium exiſtentibus. 5. Januarii.

Relatio R. Vice Cancell. de publicatione, & affixione dicti Decreti. 13. dicti.

Pro

Pro aptatione Sedilium in nova Schola, & quod Regia Camera ſuppleat expenſis, & ne Vacationes anticipentur, & quod Scholares ſolvant Bidellis ſolita honoraria. 19 dicti.

Reſtrictio Vacationum ad diem 25. ante Carnis Privium, & quod Lectores perſeverent ad tale tempus.

Literæ cum Tabulis, & aſſignatione ſtipendiorum. 13. Februarii.

De Egr. Cotta Artiſtarum Rectore Mediolani miſſo ad curandam ſolutionem ſtipendiorum, & quod interim Lectores perſeverent in ſpe. 28. dicti.

Diſſidium præcedentiæ inter DD. Rector. Juriſtarum, & Prætorem Papiæ cum narrativa facti &c. 7. Martii.

De præcedentia Rectori competenti ſupra Prætorem. 11. dicti.

De reparatione per D. Prætorem Rectori danda ſuper controverſia præcedentiæ.

De reficiendis expenſis D. Cottæ pro ejus acceſſu Mediolanum pro curanda ſolutione ſtipendiorum, & quod eidem ſolvantur honoraria Rectoratus interim debita. 15. Aprilis.

Pro Egr. D. Cotta Artiſtar. Rectore, quod ad honorem ingenii admittatur ad examen Doctoratus, nec in ſolitis expenſis gravetur &c. 28. Maii.

Pro electione novi Rectoris Artiſtarum, vel confirmatione antecedentis. 4. Maii.

Quod per Senat. decernatur continuatio Vice Rector. Artiſtar. ſtante difficultate novæ electionis. 8. utſupra.

De promovendis DD. Rectoribus ad Doctoratus gradum abſq impenſis, & ſub examine tantum ad honorem ingenii. Primo Junii

Preces DD. Doctorum de Collegio Medicor. pro habendo loco in Ædificiis Univerſitatis, in quo congregari poſſit eorum Collegium &c.

De retinendo ſtipendio Rectori Artiſtarum ob non ſolutum ab eo honorarium Capucii. De expurgando Puteo ad uſum Anatomiæ, & de pecuniis penes Bidellum exiſtentibus, & de concedendo loco in Ædificiis Univerſitatis DD. Doct. de Collegio eiuſd. Civit. pro convocando eorum Collegio. 17. Junii.

Quod Lectoribus ſolvantur ſtipendia, ut Studium conſervetur, & augeatur, data providentia pro celeri ſolutione, & quod eis ſervetur immunitas &c. 12. utſup.

Pro reſtringendis ad ſolitum expenſis Doctoratus Artiſtarum, & quod Collegium rationem reddat de ſuperadditione, facta, & de Puteo expurgando. 27. ut ſupra.

Præces Scholarium pro augmento per Collegium facto in Laureis Medicinæ.

Relatio R. D. Vice Cancell. de grato animi Officio acceptæ per Lectores memoratæ notitiæ, & proviſio per eos emiſſa continuationis &c. 30. dicti.

Reſponſum Colleg. Medicorum ſu-

ſuper augmento expenſarum noviter impoſitarum iu colatione Laureæ. 6. Julii.

Additiones ad Statuta ejuſdem Univerſitatis. 12. ut ſupra.

Ordo Reg. pro Immunit. Lectoribus omnino ſeruanda. 23. ut ſupra.

Pro habendis informationibus acceſſus Scholarium ad Domum Bidelli Medicorum, & aſportatione Notularum &c. 26. Julii.

Ordo ſuper petentib. ingreſſum ad Collegium DD. Doctor. Juriſtarum Papiæ circa alienigenas Forenſes, & Cives originarios.

Lit. Civitatis Excelſo D. Moderatori Duci Albæ, ut conferatur Lectura D. Auguſtino Senago Medico Papienſi. 10. Septemb.

Preces Civit Illuſtriſſimo Mediolani Senatui favore eiuſdem D. Senaghi.

Preces porrectæ Regi Hiſpaniarum pro eodem D. Senago.

Lit. cum Rotulo, & certificatione ſolutionis Stipendiorum. 23. Octobris.

Promotiones variæ inter Juriſtas, & Artiſtas ob mortem D. Jacobi Albæ. 5. Novembris.

1556. Ne quis impediat Scholares audire Lectores, quos maluerint 4. Januarii.

De præcedentia Conſiliarii Nationis Mediolanenſis in Gymnaſio Papienſi ſuper omnes. 11. utſup.

Quod Sceptrum Univerſitatis non penes Rectorem, aut Conſiliarios, ſed penes R. D. V. Cancellarium, aut alium ab ipſo deſignatum aſſervetur, & permaneat. 20. Martii.

De non exigendo per Doctores honorario a D. Rectore ſe examini ſubiiciente pro ejus Doctoratu. 28. utſupra.

Quod Rectores Doctorandi examinentur abſque ſolutione alicujus honorarii. 1. Junii.

Relatio Rev. Vice Cancell. ſuper controverſia Rectoris Artiſtarum ad Lecturam promovendi, ubi notabilia de uſu, & poſſeſſione, & alia. 17. dicti.

Pro mulctandis Doctoribus, qui receſſerunt ab examine D. Cottæ Rectoris, & de ſervanda conſuetudine loci, & diei &c. Primo Julii.

Præceptum judiciale, & Supplicatio Univerſitatis pro immunitate ab Oneribus, & Impoſitionibus Regiis favore Lectorum in judicio cum Civitate Papiæ. 26. Auguſti.

Literæ cum Rotulo, & Decreto ut omnes perſonaliter Legant, & non per Subſtitutum, & quod quiſque Legat ſecundum inſtitutum ſuum ſub pæna ammiſſionis ſalarii &c. 15. Septembris.

Pro facienda liberatione Bidello Garaldo de Sceptro Rectoratus per eum reſtituto. 18. ut ſupra.

De Sceptro Artiſtarum conficiendo ex pecuniis honorarii Caponum, & immunitatum. 16. Octobris.

Pro accomodatione nominis in Tabulis D. Brandani Lectoris Chyrurgiæ. 21. utſupra.

Literæ Senatus quod Lectores omnino Legant, cum de proximo eorum ſalaria expedientur, & de

de eorum ampla onerum immunitate. 3. Novembris.

De aſſecurata ſolutione ſtipendiorum, & de ampla immunitate eis conceſſa &c. ad effectum, ut perſeverent in Legendo &c. Dicti die.

Relatio R. Vice Cancellarii ſuper præmiſſis &c. 8. utſupra.

Terminus ſtatutus Lectoribus ad allegandum quare condemnari non debeant ex eo, quod non Legant &c. 10. dicti.

Inſinuatio, & declaratio per Rev. D. Vice Cancell. DD. Lectoribus, Rectoribus, Scholaribus, & Hebræis facta de Decreto Senatus, quod honoraria Caponum deponantur penes ipſum pro conſtructione Sceptri Artiſtarum. 12. ut ſupra.

Relatio Rev. Vice Cancell. datæ ſpei Lectoribus ipſos quanto citius fore conſecuturos ſua ſtipendia &c. 13. dicti.

De ſupplenda Anatomia, & Inciſione per Lectores Theoricæ reſpective, & Chyrurgiæ &c. 22. utſupra.

Literæ Eminentiſs. Card. Status Moderatoris D. Scipioni Sacho Exactori Oneris Militum levioris armaturæ, ne pro dicta impoſitione inferatur moleſtia DD. Lectoribus. 28. utſupra.

1557. Tabula ſtipendiorum conſtitutorum Lectoribus profitentibus Jus Canonicum, & Civile, & Artes Liberales. 6. Februarii.

Literæ Patentes electionis D. Joannis Stephani Tabernæ in Rectorem Artiſtarum. Maii.

Inthimatio &c. ſuper immunitate ab oneribus DD. Lectorum, Scholarium, & Bidellorum Studii Papiæ, transmiſſa Agentibus ejuſdem Civitatis. Auguſti.

Præventio Senat. pro continuandis in ſpe Lectoribus ipſos, quanto citius fore conſecuturos eorum ſalaria. 9. Octobris.

1558. Inſtantia Lectoris Annonimi, ut ſatisfiat a Civitate de reſiduo ejus ſalarii. 2. Februarii.

Tabula Lectorum cum aſſignatione ſalariorum. 8. utſupra.

Inthimatio Ordinationis ſecutæ favore DD. Lectorum, & Bidellorum cum Civitate Papiæ, quod prædicti non teneantur ad ſolutionem Onerum extraordinariorum. 9. Aprilis.

De reficiendis D. Vice Rectori Juriſtarum expenſis factis cauſa Studii. 24. dicti.

Preces Rectoris pro conſequendis dictis expenſis &c.

Ut certioretur Senatus de electione Rectoris Artiſtar. facta de duobus. 2. Maii.

Relatio Rev. Vice Cancell. ſuper tali electione, & de meliori jure recentioris electi. Ubi notabilia de jure, & conſuetudine huiuſmodi electionis. 3. utſupra.

Ut quilibet Lectorum concurrat pro ſua contingenti ad expenſas pro tuenda immunitate. 5. dicti.

Literæ cum Rotulo pro earum publicatione, & quod Lectores perſonaliter Legant, nec Scholares aliciant, promiſſa de proximo ſalarii ſolutione, & quod Por-

Porrus Scholar. expleat Orationem aperitionis Studii. 20. Octob.

Relatio R. Vice Cancell. de dificili adventu Lectorum niſi ſatis fiant de ſtipendiis tranſactis. 30. dicti.

Relatio ſuper recuſato per Lectores acceſſu ad Lecturas niſi ſatisfiant utſupra. 5. Novembris.

Super controverſia honorarii promotionum inter Lectorem Decretalium, & Sexti. 7. dicti.

Præces D. Joan. Baptiſtæ Cavaneæ ſuper eodem.

Ut Lectores omnino incumbant, reſermata eis promiſſione citiſſimæ ſatisfactionis, indicta recuſantibus pæna ammiſſionis ſalarii, & immunitatis. Dicta die.

De binis Lectoribus per Univerſitatem Excel. Senatui delegatis, Univerſitatis ſenſa expoſituris. 9. utſupra.

Promiſſio proxime ſatisfactionis, & quod interim per Scholaſticos ſuperſedeatur ab exactione honorarii Caponum. 18. utſupra.

1559. Decret. Proviſionale ut Lector Canon. veſpert. percipiat integram promotionem ſub fidejuſſione reſtituendi Lectori Sexti Decretal. quod fuerit judicat. &c. 2. Januarii.

Tabula ſtipendiorum conſtitutorum Lectoribus &c. 31. utſupra.

De non confirmando antecedenti Artiſtarum Rectore, ſed de alio novo creando. 24. Aprilis.

Relatio R. Vice Cancell. expletæ Scholaribus monitionis de non creando Rectore, ſed non obſtante fuiſſe proclamatum, &c. infecto tamen adhuc Inſtrumento. 29. dicti.

Laudat Senatus recuſatam Inſtrumenti confectionem, & confirmat. ordinata de novo Rectore omnino creando. 8. Maii.

Indolentia Senatus, quod R. D. V. Cancell. non nunciaverit ſpretum per Rector. Juriſtar. patratum per lacerationem præcepti Judicis eidem Rect. inthimati, & quod novus Rector. Artiſtarum omnino eligatur, data norma ſeligendorum Nobilium, ut Senatus ſecernat quem velit in caſu &c. 16. dicti.

Inthimatio, & denunciatio memorati Senatus Conſulti &c. facta Conſiliariis Nationum Studii 17. dicti.

De participata per R. Vice Cancellarium mente Senatus D. Juriſtarum Rectori, adductis per eum rationibus Senatui exponendis, & de adimpleta pariter monitione Conſiliariis ne Rectorem eligant. dicta die.

Decreta varia pro ampliatione, & regimine Studii Papiæ. 27. Octobris.

D. Jacobi Venuſti Lect. Humanit. ad laudem Civit. *Carmen*.

1560. De compenſandis D. Cravetæ expenſis factis in cauſis Univerſitatis, & de ejus præcedentia ſuper Lecturam Jur. Canonici, & de immunitate Lectorum pro Datio Molituræ. 4. Januarii.

Preces Jacobi Venuſti Lectoris Artis Oratoriæ, ut habeat aliquod ſa-

ſalarium. 23. Martii.

Aliæ ejuſdem pro habendo ſalario utſupra. 20. Aprilis.

De reſtituendis Pignoribus per Scholares Hebræis ablatis cauſa honorarii Caponum evocatis ad Senatum Auctoribus ſub pæna &c. 3. Maii.

Relatio R. Vice Cancell. promulgatæ juſſionis, & de aliis geſtis pro conciliatione dicti Diſſidii. 12. dicti.

De renovanda monitione prædicta, etiam ſub graviori pæna, & de tranſmittenda ad Senatum notula Culpabilium. 14. utſupra.

Tranſmiſſio notulæ utſupra, & de aliis concernentibus ad dictam controverſiam. 21. utſupra.

Super immunitate Datii Macinæ Scholaribus competenti. 17. Auguſti.

Literæ cum Rotulo pro aperitione Studii, & quod D. Summarippa Scholaris agat Orationem aperitionis Studii *dupplicat.* 19. ut ſupra, & 13. Octobris.

De controverſia præcedentiæ excitata inter Conſiliarios Status, & Exteros occaſione Funeris D. Lectoris Celanovæ, & de ſervando Decreto Senatus, & quod pulſata Campana Lectores aſcendant &c. 25. utſupra.

Pro electione Bidelli ut nominentur tres, qui poſſint eſſe habiles ad munus poſt mortem Betii &c. 16. Novembris.

Proclama ne Scholares quidquam exigant ab Hebræis pro honorario Caponum, nec eos moleſtent. 18. utſupra.

Relatio publicationis dicti Edicti. 19. dicti.

Nominatio trium habilium pro eligendo Bidello utſupra. 30. utſupra.

Taxa ſolutionis faciendæ per Hebræos Papiæ comorantes, pro honorario Caponum, & quod ſolutio fiat in manibus R. Vice Cancell. 24. Decembris.

Supplicatio Hebreorum pro habenda taxa prædicta.

1561. Quod Profeſſores Artiſtarum deſiſtant a Legendo quando Anatomia perficitur. 11. Januarii.

Literæ cum Rotulo pro earum publicatione. Die utſupra.

Aſſignatio honorarii contribuendi D. a Secret. Senatus pro concernentibus ad Univerſitat., & quod ſolvant. Bidello ſolita honoraria.

Quod recuperentur Scripturæ Univerſitatis exiſtentes penes Hæredes Bidelli, & eiſdem fiat Inſtrumentum reſtitutionis Sceptri.

Quod Lectores accedant ad Studium. 10. Martii.

Liberatio Bidelli pro reſtitutione Sceptri &c. 15. dicti.

Lit. Senatus Subſtitutionis. Venerabilis Alexandri Sauli Cler. Reg. Congreg. Sancti Pauli, ad Lect. Philoſophiæ per receſſum à Studio Egr. D. Philippi Zaphiri 9. Aprilis.

De habendis Informationibus Not. Franciſci Berettæ pro petita ab eo Cancell. Univerſitatis 14. dict

Nominatio R. V. Cancell. de duobus idoneis eligendis in Notarios ut ſupra. 18. dicti.

Electio Notarii Univerſitatis facta per Rect., & Conſiliaros. 18. dicti.

Promotiones Lectorum Inſtitut. ob diſceſum a Studio D. Menochii. 21. ut ſupra

Elect. D. Vicecomitis ad Lect. Inſtitut. ſine Salario 30. dicti.

Quod Lectores veſpert. horam non immutent ne intervertatur ordo. 10. Junii.

De loco, in quo concurrant DD. Cuchus, & Gambarana Lectores Inſtitut.. 12. dicti.

De non intervertendis horis Lectionum inter Profeſ. Artiſt. 27. ut ſupra.

Literæ Civitatis Illuſtri D. Præſidi Senatus, & Gubernatoribus Studii favore D. Bartolomœi Mayrolæ, ut admittatur ad Lect. Medicinæ 27. Auguſti.

Atteſtatio Idoneitatis ejuſd. Mayrolæ.

De præcedentia omninò debita Rect. Juriſtar. ſupra Rectorem Artiſtar., & quod redarguatur Rect. Artiſtarum ob intentatam talem præcedentiam occaſione acceſſus Univerſitatis ad Excelſ. Stat. Moderatorem. 18. Septembris.

Lit. Civit. Reg. Majeſt. contra Scolares pro limitatione juriſdictionis Rectoris Studii ne interſit Proceſſibus Criminalibus.

Literæ cum Rotulo pro publicatione, & affixione Ordinum ut Lectores muneri incumbant, & D. Pirrovanus Scholaris &c. Oratione Studium aperiat. 8. Octobris.

Quod D. Plautius omnino legat, & Concertationes Academicas expleat, requiſita informatione an adimpleat nec ne &c. 11. Novembris.

Quod idem D. Plautius accedat ad Senat. auditurus &c. ſub pœna &c. 15. dicti.

De carcerando Applano, qui in Scholis Alapha percuſſit Tabernam, & de ſumendis informationibus hujuſmodi diſſidii pro ulteriori providentia. 20. utſupra.

De conficiendo Sceptro Artiſtarum ex honorario Capon. 21. utſupra.

De Loco in quo debeant concurrere DD. Plautius, & Canis. 24. utſupra.

Quod D. Cardanus legat Statuta hora, & ab aliorum Profeſſorum conſeſſu diſcedat comminata pœna ammiſſionis Salarii. 2. Decembris.

De honorario Caponum per Lectores, & Hebræos ſolvendo in manibus D. Prætoris. Dicta die.

1562. Quod D. Canis congredi habeat cum D. Plautio non obſtante exceptione incompetentiæ loci &c. comminata pœna Aureor. 500. ad ceterorum continentiam &c. 5. Januarii.

Literæ cum Tabul., & conſtitutione ſtipendiorum. 20. dicti.

Pro gravaminib. per Coll. Doctor. Bidellis impoſitis ut omnino tollantur, nec ullo modo graventur ultra ſolitum, etiam cum comminatione pœnæ. 20. Februarii.

Pro

Pro continuanda poſſeſſione Bidellorum in ſuis prærogativis. 10. Martii.

De compeſcendis Scholaribus ſeditioſis, & diſcolis, ut bene vivant ſub fidejuſſione, & ſub pœna exilii. 11. dicti.

De componendo amicabiliter diſſidio inter Cardanum, & Delfinum ſuper diſtributione portionum promotionis. 13. utſupra.

Quod Bidellus Somaſcus petat veniam D. Rectori Juriſt. de inofficioſitate per ipſum eidem facta, & quod Sceptrum vulgo Mazza defferatur ante Rectores Studii accedentibus ipſis ad Excelſos Status Moderatores, vel alios Principes &c. 7. Aprilis.

De non intervertendo horarum ordine circa Studium. 24. utſupra.

Quod D. Cardanus non protrahat horam ſibi Statutam ad Legendum. 27. dicti.

Quod Philoſophi poſt Feſt. S. Jo: Baptiſtæ legant hora ſolita. 12. Junii.

Quod D. Canaveſius Studii Rector non debeat confirmari. 2. Julii.

Relatio Rev. Vice-Cancell. pro confirmatione dicti D. Canaveſii Rect. 5. dicti.

De confirmando, vel recuſando D. Canaveſio antecedenti Rectore, & de habendis informationibus alterius idonei. 6. utſupra.

Relatio ſuper propoſitione creandi novi Rectoris. 8. utſupra.

Contra Lectores, qui non adimpleverunt numerum Lectionum taxatarum, ut eiſdem detrahatur ſtipendium ad ratam. 10. Octobris.

Tranſmiſſio Tabularum DD. Lectorum cum aſſignatione ſtipendii pro earum publicatione, & affixione &c. Dicta die.

De inveniendo Scholari, qui agat Orationem aperitionis Studii. 14. dicti.

De variis Relationibus Senatui factis ſuper pluribus corrigendis, & animadvertendis circa Studium. 7. Novembris.

Quod Rector Artiſtar. promoveatur ad Lauream intra annum ſui Rectoratus cum ſolitis prærogativis &c.

Literæ pro Laurea Rectori ſicut ſupra conferenda. 11. dicti.

Pro ſumendis informationibus an D. Cribellus Scholaris &c. incumbat Legi, aut Medicinæ, & de ejus frequentia. 23. utſupra.

Reſponſ. Rev. Vice-Cancell. ſuper variis ad Studium ſpectantibus. 24. utſupra.

Relatio ſuſceptarum hujuſmodi informationum utſupra. 2. Decembris.

De interinali providentia Lectoris Philoſophiæ attenta detentione D. Lucidi, & infirmitate D. Porri. 9. utſupra.

Electio D. Caſtellini Sachi ad Lecturam ſecundam Philoſophiæ moralis. 22. utſupra.

Preces Hebræorum de compeſcendis exceſſibus Scholarium in

exactione honorarii Caponum.

1563. Ut expediatur causa Rev. Lucilli Conſtituti in Tribunali Sanctiſs. Inquiſitionis. 8. Januarii.

Lit. cum Tabulis Lector. pro earum publicatione, & affixione, & quod Lectores omnino legant, nec recedant abſque licentia ſub pœna ammiſſionis ſalarii, impoſito Bidellis, ut deficientes adnotent. 13. Februarii.

Inthimatio ſupraſcripti Decreti DD. Legiitis. Primo Martii.

Inthimatio utſupra DD. Artiſtis. 2. dicti.

Promotio DD. Tridini, & Cabaneæ ob mortem Zafiri. 15. utſupra.

Pro editione proceſſus in cauſa rixæ inter DD. Spetianum, & de Luna Scholares. 19. utſupra.

Quod D. Canaveſius Doctoretur etiam non expleto Rectoratus anno &c. 27. utſupra.

Pro D. Delfino, ut habeat honoraria Primario Medicæ Theorico debita. 18. Maii.

Licentia Rev. Franciſco Bergomenſi accedendi ad Sacr. Conc. Trid. 29. dicti.

Præſentatio in Actis Curiæ Epiſcopalis ſupraſcriptarum Literarum pro earum executione &c. 5. Junii.

Quod Lectores perſeverent in Lectionibus etiam quod Scholares anticipaverint vacationes indicta renuentibus pœna &c. 21. Julii.

Ut proſſequantur Lecturæ, & Studia ad conſuetum tempus non obſtante allegata intempeſtivitate caloris, & quod Bidelli deficientes adnotent, & reffærant. Dicta die.

Quod provideatur ſuper petitione Girardenghi petentis promoveri ad Doctoratum in Medicina. 9. Auguſti.

Preces ejuſdem Girardenghi ſuper præmiſſis adverſus oppoſitam ſibi obligationem aſſumendi Promotorem Logicum.

Recuſatio Rotuli facta per Conſiliarios, & reformatio ejuſdem. 21. dicti.

Literæ cum Tabulis, & aſſignatione Stipendiorum. 8. Octobris.

De Lectoribus Inſtitut. certo numero taxatorum, & de Lectione de Actionibus. 27. dicti.

Relatio Rev. Vice-Cancell. an exteri Medici admittantur ad votum in Laureis conferendis. Novembris.

De remittendo Lampugnano ad quartum locum Inſtitut., attento errore. 3. dicti.

Quod D. Torniellus debeat cum aliis congredi in propria Schola reſpondendo tantum, & non arguendo. 11. dicti.

Electio D. Cattanei ad Lect. ſimplic. ob ſenectutem D. Dordoni. 11. utſupra.

1564. Lit. cum Rotulo pro publicatione, & affixione, & obſervantia Ordinum, indicta pœna ammiſſionis quartæ partis Salarii, & quod Bidellis ſerventur ſolita honoraria. 27. Januarii.

Electio D. Leonardi Puthei ad Ex-

Extraordin. Medic. Pract. Dicta die.

Promotio D. Nicolai Cameræ ad Cathed. Almanſoris. 8. Februarii.

Mandat. Datiariis Intratæ Papiæ, ut ſolvant importantiam reparationum factarum in Scholis circa Banca, & alia &c. ſuper denariis laborerii ad Civitatem ſpectantibus. 22. dicti.

Præſentatio, & denunciatio ſupradictarum Literarum. 26. utſupra.

Querelæ Egregii Rectoris Juriſtarum contra D. Prætorem de executa detentione Scholaris ſecum aſſociati, & de providentia per Senatum præſtita, & quod ipſe Rector. officium non dimittat etiam ſub pœna &c., & ne Scholares, & Conſiliarii catervatim ad Illuſtrem Senatus Præſidem accedant &c. 3. Martii.

De inſolenti attentato Scholarium ne Lectores legant, & de providentia ſuper hoc poſita. 4. dicti.

Licentia abeundi conceſſa D. Boldono pro curanda valetudine D. Capitanei Mauricii &c. 14. utſupra.

De promovendo ad Lauream D. Aliprando Artiſtarum Rector. etiam durante anno ejus Rectoratus. Dicta die.

Licentia D. Albutio ut poſſit abeſſe a Lectura. 4. Aprilis.

Quod D. Porrus Juriſtarum Rect. promoveatur ad Lauream etiam durante anno ſui Rectoratus &c. 21. dicti.

Pro informationibus quare Scholares ad Rectoratum non concurrant. 4. Maii.

Relatio R.D. Vice-Cancell. de cauſis pro quibus Scholares non concurrant ad Rectorat. &c. 19. dicti.

Confirmatio D. Bienzalii ad Rectorat. non obſtante quod ſit Doctor. 5. Junii.

De electione Rectoris Artiſtarum ex duobus propoſitis. 14. utſupra.

De Inſtitutariis horam mutare petentibus propter æſtivum calorem. 15. utſupra.

Approbatio electionis Rectoris Artiſtarum in Perſonam Pompei Spinulæ. Dicta die.

De ſuperſedendo ab electione D. Bienzalii ad Rectoratum &c. 10. Julii.

De Rectore Juriſtarum eligendo. 25. Auguſti.

Literæ Senatus, ut electio Rectoris omnino fiat. Dicta die.

Super electione Rectoris Juriſtarum. 26. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancell. factæ electionis Rector. 5. Septembris.

Lit. Civit. Illuſtriſs. D. Præſidi pro D. Jo: Thoma Gualla Lect. Jur. Civil., ut habeat licentiam accedendi ad Aulam Principis pro negotiis Civitatis, & Studii. 18. Octobris.

Atteſtatio ſpontaneæ dimiſſionis a Lectura D. Cuchii. Dicta die.

Ut D. Antonius de Georgiis Leg. Schol. expleat Orationem aperitionis Studii. 19. utſupra.

Lit.

Lit. cum Tabul. pro earum publicatione, & affixione, & quod eligatur idoneus ad officium Rectorat. Juriſtar., & quod D. Thomas Guala poſſit abeſſe cum facultate ſubſtituendi, qui tamen non ponatur in Tabulis. 27. utſupra.

Quod proluſiones Lectorum habeantur his diebus, quibus non legitur, & quod reficiantur Sedilia ex Pecuniis Rectoratus obventis tempore ejus deficientiæ. 31. utſupra.

Quod exteri Profeſſores Medicinæ manuteneantur in poſſeſſione dandi vota Scholaribus ad Doctoratum promovendis, & de hora deſignanda ſimplicium Oſtenſori. 3. Novembris.

De interinali providentia concurrentium ad Scholaſticas Concertationes. 9. dicti.

Quod Lectores Cathedram aſcendant ſtatim poſt ſonum Campanæ, & quod aſſignetur hora Profeſſori Rethoricæ, & eligatur Rector, vel Vice-Rector Studii &c. 14. utſupra.

De non immutanda hora, & præcipue pro Arte Oratoria, & de aliis providentiis circa Studium. 23. utſupra.

Ut Monferratenſes præcipuum ſibi Conſiliarium eligere poſſint. 1. Decembris.

Preces Monferratenſ. pro cauſa utſupra.

De mutanda hora Profeſſori Chirurgiæ, & rælatio R. Vice-Cancell. ſuper eodem. 4. dicti.

De inquirendo Profeſſore, qui Anathomiæ incumbat. 14. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancell. de idoneo ad Anathomiam. 16. utſupra.

Confirmatio ſacta per Scholares DD. Miarolæ, & Brandani pro Anathomia perficienda. 18. utſupra.

Relatio Rev. Vice-Cancell. ſuper diſpoſitione Statut. Collegii Medicorum pro votis in Laurea dandis &c.

1565. Literæ cum Tabulis pro earum publicatione, & affixione, & pro obſervantia Conſtitutionum, & Ordinum &c. 8. Januarii.

De corrigendis variis erroribus Rotuli.

De non immutanda hora Lecturæ D. Trono Chirurgiæ Profeſs., & de habendis informationibus Statutor. Colleg. Medicorum ſuper voto per Lectores dando Scholaribus ad Lauream promovendis. 10. dicti.

De non ampliandis Bacanalium Feriis, & de continuandis Lectionibus juxta ſolitum ſub pœna exilii Scholaribus impedientibus. 12. utſupra.

Publicatio ſupraſcripti Edicti de non intermittendo Studio. 16. utſupra.

Relatio hujuſmodi publicationis. Dicta die.

Literæ Senatus D. Vice-Cancell. Studii de promotione, & augmento Salarii DD. Gallinæ, & Lampugnano. Die utſupra.

De referendo Excelſo Senatui nomine Lector. de Act., & Mathemati-

maticarum, qui a Rectoribus eliguntur. 23. utſupra.
Relatio Rev. Vice-Cancell. ſuper controverſia Colleg. Medicorum de non admittendis Exteris ad vota Laureandorum. 28. utſupra.
De Lecturis de Actionibus, & Mathematicarum per Rectorem Studii eligend. Dicta die.
Copia Statuti Collegii Medicorum.
Lit. Egr. Senatus a Secretis R. D. Vice-Cancell. Studii pro augmento ſalarii D. Chriſtophoro Craverio Lector. Logicæ. 17. Februarii.
Quod Fr. Roſanus poſſit abeſſe cauſa ſuæ Concionis, & ſuppleat per Subſtit. Dicta die.
Cedula pro deliberatione reparationum faciendarum in Scholis Papiæ. 12. Martii.
De creando Rector. Juriſtar., ſeu Vice-Rectore. 10. Julii.
Lit. Civit. D. Senatori Politonio Mediobarbæ, ut commendatum habeat D. Franciſcum Bozulum Lector. Jur. Civ. pro ejus promotione, & augmento ſalarii. 9. Auguſti.
Aliæ Lit. Civit. eidem D. Senatori pro ejus officiis favore dicti D. Bozuli. 22. dicti.
Aliæ Civit. D. Senatori Prætori ejuſdem Urbis, ut in ſtabiliendis Rotulo, & Stipendiis Univerſit. adhæreat promotioni, & augmento ſalarii dicti D. Bozuli. Dicta die.
Quod D. Allanta Scholaris poſſit explere Orationem aperitionis Studii. 28. Septembris.
